Corpus inscriptionum Latinarum Africanarum vix erat editum, cum denuo tanta titulorum recens repertorum copia emersit, ut continuo qui toti huic operi praesunt, supplementis condendis prospicere deberent. Nam cum Africa Romana antiquitatis monumentis reliquas quae olim erant imperii Romani provincias numero certe superat, tum Tunisia in Francogallorum potestatem redacta titulos describendi atque investigandi contentio novum cepit impetum. Nimirum quam terram vi et armis sibi subiecerant, eam etiam explorare atque cognoscere et quae ibi adhuc latebant monumenta ad litteras promovendas idonea protrahere et in publicum edere suum praecipue officium esse Francogalli probe perspexerunt. Utinam ad Africae monumenta antiqua conservanda et ab interitu vindicanda eandem curam impendendam esse iidem sibi persuaderent! — Complures igitur viri docti aut sua sponte, ut Carolus Tissot, quem nuper hisce studiis praepropero fato ereptum et cives et exteri hodie lugent, aut ab eis missi, qui artium liberalium litterarumque incremento in Gallia primo loco consulunt, in his R. Cagnat, Letaille, J. Poinssot, S. Reinach, itinera epigraphica per varias regni Tunetani partes deinceps susceperunt et omnes ineditorum titulorum copias maiores minoresve reportaverunt. In ipso autem regno Tunetano Delattre stationis S. Ludovici antistes cum aliis inscriptionibus aliunde adlatis museum, cui praeest, auxit, tum maxime duobus familiae imperatoriae sepulcretis in agro Carthaginiensi effossis de re epigraphica optime meruit. Neque minus in provincia Algeriensi complurium antiquorum oppidorum parietinae per hos annos pervestigatae magnam lapidum inscriptorum copiam attulerunt. Iam vero eo, qui corporis fundamenta longis molestisque itineribus congesserat, Gustavo Wilmanns erepto morte tam praematura, ut ne ipsum quidem illud opus ad finem perducere potuerit, supplementi conficiendi cura mihi commissa est. Itaque hieme proxima (a. 1882/3) in Africam profectus a Tunete ad Oran oppidum continentis eius regiones septentrionales, quoad tempus suffecit,

peragravi, minus ut nova investigarem sollicitus quam quae alii ediderant ut denuo examinarem ac diligenter conferrem. Domum reversus intellexi copias ita paratas non sufficere ad perficiendum supplementum plenum et absolutum, sed posse statim commoditati eorum qui studiis epigraphicis vacant ita consuli, ut ex ingenti numero titulorum qui post corpus foras datum innotuerunt aut ab aliis aut a me ipso descripti, selecti potiores in hac ephemeride ederentur. Omisi igitur in praesens non solum totam titulorum sepulcralium farraginem exceptis paucis propter indigenarum nomina vel alia ratione insignibus, verum etiam de reliquis qui aut minoris momenti esse viderentur aut lectionis adhuc parum stabilitae. Ad titulos autem iam in Corpore editos quae repperi vel addenda vel emendanda, his supplementis inserui tantum non omnia. Quicumque tituli hic eduntur, aut ab aliis publici iuris facti sunt aut a me ex lapidibus excepti; in scriniis antiquariorum Parisinorum et Africanorum qui remanent, ab ipsis quandoque editi nostrae syllogae accedent.

Earum partium, unde adhuc titulos antiquos nullos fere habueramus, mappam huic supplemento adiecit vetus studiorum nostrorum adiutor Henricus Kiepert. Qua in re magno subsidio ei fuit mappa, quam egregio exemplo de regionibus a se exploratis confectam ad Tissotii relationem alteram adiunxit Iulianus Poinssot.

In hoc supplemento condendo cum complurium notorum ignotorumque bona officia expertus sim, qui eorum in Africa peregrinantem studiis officiisque adiuverunt, eis gratias publice egi in brevi de itinere eo commentario, quem inserui actis academiae Berolinensis minoribus a. 1883 p. 607—616. Reversus tres potissimum viros tamquam socios habui, Renatum Cagnat Duacensem, Iulianum Poinssot Parisinum, Alexandrum Papier Bonensem. Ii quamquam ipsi in titulis Africanis et investigandis et edendis gnavam et fructuosam operam ponunt, nihilominus eorum quos reperissent tam exempla quam ectypa mecum communicare non dubitaverunt, praeterea mihi passim de variis rebus sciscitanti sedulo semper officioseque responderunt et ita effecerunt, ut multi tituli emendatius nunc legantur quam antea, ipse autem non paucos errores evitarim. Quamobrem ex copiis nostris si qui proficiet, scito eam laudem non tam mihi deberi quam ei numini, a quo omnia pendent, Concordiae bonae.

Denique superest ut addam librorum et ephemeridum, eorum scilicet, quae post editum Corpus publice prodierunt, a me adhibitorum recensum.

Académie d'Hippone. 1) *bulletin de l'académie d'Hippone* XVII a. 1882 XVIII a. 1883. XIX a. 1884 p. 1—46. 2) *comptes-rendus des séances de l'acad. d'Hippone* a. 1882 fasc. 7—10, 1883 fasc. 1—9.

R. de la Blanchère 1) *voyage d'étude dans une partie de la Maurétanie Césarienne*, in *archives des missions scientifiques et littéraires* vol. X vel separatim editum Paris. 1883. 2) *de rege Iuba regis Iubae filio* Paris. 1883.

Bulletin des antiquaires *de France* a. 1880. 1881. 1882. 1883.

Bulletin de correspondance africaine fasc. 1—6 a. 1882; novae seriei a. 1884 fasc. 1—3.

Bulletin critique *d'histoire, de littérature et de théologie.* Paris. I (1881), II (1882), III (1883), IV (1884).

Bulletin épigraphique *de la Gaule* I (1881), II (1882), III (1883), IV (1884) p. 1—48.

Bulletin d'Oran seriei antiquae fasc. 10—13 a. 1882; seriei novae editae sub titulo: *bulletin trimestral des antiquités africaines recueillies par les soins de la société de Géographie et d'Archéologie de la province d'Oran sous la direction de MM. J. Poinssot et L. Demaeght* fasc. 1. 2. 3 a. 1882, 4. 5. 6 a. 1883, 7. 8. 9 a. 1884.

Bulletin *de la société de géographie de Toulouse* fasc. 1—13 a. 1882—83.

R. Cagnat 1) *rapport sur une mission en Tunisie,* in *archives des missions scientifiques et littéraires* vol. IX p. 61 seqq. et separatim editum Paris. a. 1882. 2) *rapport sur une mission en Tunisie* (a. 1881—1882) in *archives des missions* cet. vol. XI p. 1 seqq. et separatim editum Paris a. 1884. 3) R. Cagnat et H. Saladin *notes d'archéologie Tunisienne* in *bulletin monumental* a. 1884; item separatim prodierunt Turon. a. 1884. (Paginarum numeri qui infra allegantur sunt editionis separatae).

Charrier *notice sur les ruines romaines des Beni-Ouelban.* Paris. 1881 quem libellum non novi nisi ex relatione Aemilii Masqueray.

Comptes-rendus *de l'académie des inscript. et belles-lettres.* Parisiis vol. IX a. 1881, X a. 1882, XI a. 1883, XII a. 1884 p. 1—182.

Espérandieu *notes sur quelques ruines romaines de la subdivision du Kef, rapport présenté à l'académie des inscript. et belles-lettres.* Paris. a. 1883.

Comte d'Hérisson *relation d'une mission archéologique en Tunisie.* Paris. 1881. — Ex libello mihi non viso utilia excerpserunt Cagnat, Villefosse, Thédenat; cf. *revue archéologique* 1881 p. 722 seqq., 1882 p. 56 seqq., *bull. épigr. de la Gaule* I (1881) p. 263 seqq., II (1882) p. 164 seqq., *bull. des antiquaires de France* XLIII (1882) p. 159 seqq.

Ch. Lavigerie *de l'utilité d'une mission archéologique permanente à Carthage.* Algerii 1881.

Les missions catholiques Lugd. XV (1882), XVI (1883).

Recueil *des notices et mémoires de la société archéologique de la province de Constantine* ed. A. Poulle, vol. XX (1881), XXII (1883).

Revue africaine Algerii, Constantinae, Parisiis XXIV (1881), XXV (1882).

Revue archéologique. Seriei secundae vol. 41—44 Parisiis a. 1881—1882; seriei tertiae vol. 1—2 a. 1883, vol. 3 a. 1884 p. 1—272.

Revue critique. Parisiis a. XV (1881), XVI (1882), XVII (1883), XVIII (1884) 1. 2 p. 1—60.

Ch. Tissot 1) *troisième rapport, mission en Tunisie de M. J. Poinssot* in *archives des missions scientifiques et littéraires* vol. X et *comptes-rendus de l'acad.* XI a. 1883 p. 329 seqq. et separatim editum Paris. a. 1883. (Quos indicavi paginarum numeri sunt editionis separatae); 2) *quatrième rapport sur les missions archéologiques en Afrique, comptes-rendus de l'acad.* XII a. 1884 p. 64 seqq.

PARS PRIMA.

PROVINCIA TRIPOLITANA.

VII. MVNICIPIVM GIGTHENSE (*Hr. Djorf bu Grara* p. 6. 921).

252 Hr. Djorf bu Grara.

C · H O R T E N
SIO · P · F · QVIR
P I E T A T I
P · H O R T E N S I
V S *p i e* T A S
P I I S S I M O · P A
TRI · EX · D · D · S · P · F

Ad exemplum missum a ductore quodam Francogallo ed. Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 6 (1883) p. 389.

---

253 Hr. Djorf bu Grara.

L · S E R V A E O · Q · F
Q V I R · F I R M O
S · P · Q · GIGTHENSIS · OB
MERITA · IN · REMP · ET
SINGVLAREM · IN · SING
VNIVERSOSQ · MVNIFI
CENTIAM · P · P · PONENDAM
DECREVIT · QVAM · CVM
REMISISSET · HONORE
C O N T E N T V S · O R D I *ni*
POPVLVS · CVM · INCOLIS
SVA · P · P · CVRAVERVNT

Acceptum una cum n. 252 ed. Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 6 (1883) p. 390.

PARS SECVNDA.

PROVINCIA BYZACENA.

VIII. GVRZA? (p. 17).

Ad p. 17: Renatus Cagnat ad Aggerfel oppidum antiquum ea potius rudera esse referenda censet, quae dicuntur Hr. Sidi Abd-er-Rahman-el-Karsi sita ad radicem montis cognominis, quam Hr. Takhûna, ubi illud fuisse coniecit Gustavus Wilmanns. Nam cum uterque locus eodem fere intervallo disiunctus sit a Mediccera, ista rudera multo maiora esse ideoque oppidi antiqui reliquiis magis idonea quam quibus nomen est Hr. Takhûna (*rapport* II p. 26 seq.). Quam opinionem meam facere adhuc dubito, quod mansionis in itinerario sequentis Ulisippirae Cagnat nullam habuit rationem. Enimvero ei si respondet Hr. el-Menzil, ad oppidum Aggerfel vix videntur posse referri rudera dicta Hr. Sidi-Abd-er-Rahman-el-Karsi, ut quae ab Hr. el-Menzil aliquanto minus distent VIII milia pedum, quot interfuisse inter Aggerfel et Ulisippiram traduntur in tabula Peutingerana.

VIII*a*. UPPENNA (*Hr. Schigarnia*).

Oppidum memoratum in notitia episcopatuum Byzacenae (sub n. 82: *Honorius Oppennensis*) ubi situm fuerit, innotuit ex titulo n. 254. Rudera castelli Byzantiorum ibi superesse refert Cagnat. Titulorum quindecim mihi in promptu sunt exempla ab amico accepta repertorum in regione Enfida; quorum quia certior factus sum Renatum Cagnat editionem parare, nolui eam occupare.

254 basis alta m. 1,60 lata 0,70 rep. in ruderibus quae nominantur Hr. Fragha sive Schigarnia *à environ 20 kilom. au nord-est du Dj. Takvouria,* (*Dj. Takhûna,* ut puto) *près de Dar-el-Bey de l'Enfida.*

IMP · CAES · FLAVIO
VALERIO
CONSTANTINO · PIO
FEL · INVICTO · AVG ·
PONTIFICI · MAX ·
TRIB · POTESTATE
COL · VPPENNA · DEVOTA
NVMINI · MAIESTATIO
EIVS
D D P P

Mihi misit Franciscus Rambert. Edidit Cagnat *revue crit.* 1882 n. 12 p. 240 et *comptes-rendus de l'acad.* 1882 p. 12 et *rapport* II p. 19 n. 23.

XII. *Kairuan* (p. 19. 925).

255 Kairuan rep., nunc Marsae in Readii Anglorum consulis mansione aestiva.

DEO PLVTONI SACR · PRO SALV
TE DDDD · NNNN · DIOCLETIA
NI · ET · MAXIMIANI · ET · COSTANTI · ET
MAXIMIANI NOB · LISIMI CAESSSS · Co
TEMPVLVM · PLVTNIS · LABSVM ET sic
DEDICATVM · PER INSTANTIA FELICI
C · AELI · FORTVNATI · ET · L · C · ANTONI MARSVA
· TIS · MAGG · FD · IVB · L · ET · FORTVNATVS ALIQVA
TIS ARCARIVS · ET · IA · HIN · POET · MAIEST · CVRA

Descripsi et ectypum sumpsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 130.

[4 seq. Iunge *colabsum.* Th. M.] — 7 descripsi ut vidi litteras singulas. Cernitur *et L. C. Antoni Marsuatis* cet. — 8 compendia MAGG · FD · IVB · L non intellego. [Fortasse tale quiddam subest: *f(i)d(e) iub(entes) L(ucius) et Fortunatus Aliquatis* — genetivus erit ut supra *Marsuatis* — *arcarius, etia(m) hi n(uminis) po(testatem) et maiest(atem) cura(ntes)*, ut participia locum teneant verborum finitorum. Notum est a magistratibus fideiussores exigi salvam rem publicam fore. Th. M.]

---

256 Kairuan rep., nunc adservatur cum superiore.

mulier — vir stantes operis perrudis

SISSOI FORTNA
TARAFN TVS · BABBE
LIB · SVF FIL · SVF
VIX · NS C VIX · N LXXX
DONATVS · F · EORV
P · P · SVIS · IMP · FECI

Descripsi et ectypum sumpsi.

Sissoi Tarafan(i) liberta Suf(etana?) vix(it) an(n)is (centum); Fort(u)natus Babb(a)e fil. Suf(etanus?) vix(it) an(ni)s (octoginta). Donatus f(ilius) eoru(m) p(ro) p(ietate) — vel: *p(arentibus) p(iissimis)* — *suis imp(ensis) feci(t).* Cum *Tarafani* nomine conferendum est simile mulieris in titulo infra n. 1000 Caesariensi: *Atelliae Teref(a)n(a)e.*

XXIV. SVFETVLA (*Sbîtla* p. 40. 926).

257 (= 231) in lapide longo m. 1.06, lato 0.33, crasso 0.30 Sbîtla.

in antica:

IMP CAES
L DOMIT*io*
ALEXAN*dro*
P F INVICTO
SEMPER
aug

in latere dextro:

>

S

Descripsi. Lapide bis usi sunt ad titulos inscribendos. Wilmanns anticae titulum ad Aurelianum revocavit falso.

Nomina Alexandri plena adhuc nota non erant nisi ex uno titulo VIII, 7004. Videas quae ad eum animadvertit Mommsenus.

258 ad n. 234. Recognovi. In epistylii prioris titulo in fine fortasse ..LVMC legendum est; alterum bipertitum haec habet:

a

IS POTIOR //// NISC
APAI //// P ///////

b

CIVIBVS

ADFECTV NIMI*u*M
|||||||||| ATRV

259 ad n. 256. Recognovi. v. 1—2 legi haec: AETERNITATI
IMP CAES D////

Sequuntur decem versus deleti, ut omnes sint numero duodecim.

260 ad n. 257. Recognovi. v. 9 est TRb POT III vel IIII.

XXVI. SVFES (*Hr. Sbîba* p. 44. 926).

261 in cippo sculpturis boni operis ornato, Sbîba.

pueri imago

D M S
Q IVLIVS CRIS
PINVS SIGNVM CE
LERIVS PVER OP†ME
INDOLIS CRVDA AE
TATE RAPTVS VIX†

reliqua non effodi

Amor nudus face conversa innixus, caput sinistra tangens. — Amor similis caput dextra tangens, facem sinistra tenens.

Descripsi a me effossum.

XXVIII. PLANITIES FVSCHAENA.

3. *Hr. Sidi Bu Ghânem-el-Djedîd* (p. 48).

262 Bu Ghânem-el-Djedîd.

MACVS TVNIN
VIXIT ΛNIS Ñ
LXX ET VEΛΛVS
TΛ VIXIT ÆNI sic
S Ñ |XXXX
FILI FECER
VNT

Descripsi a me effossum. *Macus* cf. n. 4966; *Tunninus* cf. n. 159. 2335.

5. *Hr. Dawârokho* (p. 49).

263 (= 288). Descripsi ita:

DIS MANIBVS HEXI
TVS · FL · ANTONIVS
MARCHIANVS MI
LES VIXIT ANNIS
XXXXIII MARTESA VX*o*R
PIA AM*ant* *co*NIVGI
MERENTI *p*OSVI*t*

1 *hexitus* pro *exitus* puto. — 3 init. M admodum neglegenter incisa est, ut possis accipere pro FVS.

XXX. AMMAEDARA (*Heidra* p. 50. 926. 979).

264 Heidra.

titulus gemellus vacat.

X X
X D · M · S · X
AEGIA · PIA · VIXIT
ANNIS · XIIII · MAP
PALICVS · FILIAE · POSVIT
H S E

Descripsi a me effossum.

265 (= 369).

SIC EGO PRO MERITIS
NOMINEQVE SALVTOR
ET SVM POST OBITVM FELIX CVI
CARI SODALES
HOC TITVLO FIXERVNT NO
MEN AETERNVM
DECASI VALETE ET SEMPER
HARENA PLACETE
VIX · AN · XL//

Descripsi.

266 Heidra in rivi ripa sinistra in lapide, quem mihi indicavit C. Senart, dux et praeses regionis Tebessae.

IVLIO GALLONIO ·
POST SEPTVAGESIMO NVMERO TEMPVS ·
POSTQVAE TOTIDEM TRANSACTOS AVTVMNOS ·
TRES NATI TIBI IAM FIGIMVS PROBO PARENTI · QVOD GRATVM
TVMVLVM VIDETVR ESSE MATER KARA NOBIS TIBIQVE NVPER HO*r*
TATV · REI PRIMORES HONOREM · IAM VALE PATER NOBIS RELICTIS · IAM
TE NON T*ar*TARA CRVDELEM TENE*bu*NT · SET ELYSIVS CAMPVS / CCVRAVIT · IVLV/
D / / / N CILA / MIIBRTVERTEA SESI VI/)ET PROBO PARE H S E

Descripsi pluviis pressus et ectypum sumpsi.

[5 seq. 'mater kara nobis tibique nuper hortatu rei (= re cogente, scilicet defuncta ea ante maritum) priores honores sepulcri accepit'. Hoc voluit qui scripsit. TH. M.] — Extrema ut plane enuclearem mihi non contigit. Significantur haec fere: [*pr*]*ocuravit* |*Iu*[*lius*] *D*.. [*et* (nomen feminae barbarum, ut videtur)] *sese vivo et Probo pare*(*n*)*ti*. Reliqua, scilicet quae legi potuerunt, quamvis sermone inculto expressa tamen facile intelleguntur.

267 Heidra.

+ *ds lu*X ETERNA Mo
rs MEA IN ΔO MEO
*man*E ΔNE IN IANVIS NOS
TRIS +

Descripsi.

D(eu)s lu]x (a)eterna. Mo[rs] mea in d(e)o meo. [Man]e, d(omi)ne, in ianuis nostris.

XXXIII. SALTVS MASSIPIANVS ET PLANITIES EI SVBIECTA (p. 73. 927).

7. *Hr. Makhdjûba* et vicinia (p. 75).

268

*a*VGG ·
I ANTO

Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 20.

269 ad 598. Tertium fragmentum addit Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 20 hoc: IANI · PII ·, quod quemnam ad imperatorem tertii quartive saeculi spectet non elucet.

8. *Gelat es-Senâm* (tab. II *E h*).

270 fragmenta septem quae qui repperit omnia revocat ad mausoleum, cui apud indigenas nomen est Hr. Fortunat, prope Gelat es-Senâm descendenti ab oppidulo in rivi ripa sinistra situm.

a vacat C · IVNI · FAVS*ti* — vacat — *b* MEMORIA / NI · POSTVMIANI · CO — *c* S PRAESIDIS · PROVINCIARV*m*

d *his*PANI*ae* ET BRITANNIAE IVNI / INDV*lg*ENTIS — *e* I · PIAC / SIMO · PA / vacat — *f* VS ET PAVLINA / *t*RI / vacat — *g* FILII vacat / vacat

Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 30 seq.

d 2 INDVICENTIS Espér. Ubi hiatum non indicavi, fractane an integra sint fragmenta non liquet.

[Elogium est inscriptum tumulo eiusdem viri, cui vivo statua posita est n. 597; et statuam et tumulum apparet stetisse in praediis ipsius. Officia duo in tumulo nominata cum absint a basi statuae finiente in legatione Moesiae inferioris, post eam positam administrata sunt. Sunt autem legatio Britanniae et Hispaniae Tarraconensis. In fine fuit fere *Iunii Placidus et Paulina filii indulgentissimo patri.* TH. M.]

XXXIV. THVGGA TEREBINTINA (*Hr. Dugga* p. 77).

271 in frusto epistylii a me effosso longo m. 2.50, alto 0.42, crasso 0.41 Hr. Dugga.

\E PER INSTA*n*TIAM C MA

Descripsi.

XXXV. MIDIDI (*Hr. Midid* p. 77).

272 in tabula marmorea lata m. 1.17, alta 0.48, crassa 0.12; Hr. Midid. Ad Hr. Makhdjûba revocat Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* 1883 n. 2.

*felicissimo saeculo dd. nn. c. aureli ual*ERI DIOCLETIANI ❦ PII ❦ FELICIS ❦
inuicti aug. et m. aureli ualeri maximiani ❦ PII ❦ FELICIS ❦ INVICTI ❦ AVG QVO
*rum uirtute ac prouidentia omnia in mel*IVS REFORMANTVR ❦ CVRIA A SOLO EX
*tructa est cum columnis et porticibu*S CONTINVIS CONFERENTIBVS VNIVERSIS
curialibus ciuitat. mididit. dedicante M ❦ AVR ❦ ARISTOBVLO ❦ C ❦ V ❦ PROCOS ❦ AFRICAE
*una cum macrinio sossiano c. u. leg. curan*TE REM P ❦ RVPILIO PISONIANO ❦ E ❦ V ❦ ORDO
*splendidissimus epulum plebei p*RESTANTIBVS CVRIALIBVS VNIVERSIS ❦ D ❦ D ❦

Descripsi et ectypum sumpsi. Edidimus Espérandieu et ego *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* 1883 n. 2 et 4, ille iterum *notes sur quelques ruines* cet. p. 14.

273 (= 608). Recognovi. 3 etiam litterae NOBILIS deletae sunt. — 5 P P vere est in lapide.

274 (= 609) epistylia sunt alta m. 0,37; non repperi fragmentum quod est *b* apud Wilmannsium, quod reliquis anteponendum esse nunc apparet.

ESE IPLE
*ciuitat*IS·*MIDIDIT*·
. . . . .

QVAS PAPIVS I
*a*EDIFICAVIT·PA *pius* ....
THERMA

*i*N PRIVATO SOLO SVO SVIS SVMTIBVS
ANVS FILIVS EIVS PATRIAE SVAE vac.
N LAVAT

Descripsi. Parietinas, ad quas pertinent haec epistylia, sitas in dextra ripa fluvioli Wäd es Suätin thermarum esse nunc demum discimus.

XXXVI. MACTARIS (*Hr. Makter* p. 79. 927).

275 ad n. 619. Recognovi. 5 ITALICAE. — 7 seq. MARCOMMANOS.

276 ad n. 624. Recognovi. 2 init. IANI non est deletum.

277 Macter in epistyliis duobus, quorum *b* est longum m. 2.49, altum 0.56, crassum 0.39, litt. 0.19 aevi inferioris.

a

|MAXIMI · P · P · TRIB · POT · $\overline{XII}$ COS $\overline{III}$|

b

a|NNO · SEXTI · LATERANI · PROCOS · C · V · L · RVPILIVS · A)

Descripsi fragmentum *b*, utrumque exceptum ab Iuliano Poinssot edidit Tissot *troisième rapport* p. 11.

[*Pro salute? imp. Caes. L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. Arabici Adiabenici Parthici maximi pontificis*] *maximi p. p. trib. pot.* $\overline{XII}$ *cos.* $\overline{III}$ [*imp. XI procos.*] . . .

Titulus scriptus est a. 204. Sextius Lateranus fasces gessit cum L. Cuspio Rufino a. 197.

278 ad n. 630. Recognovi. 2 fin. QVINTILI · FIL · FL · PP · $\overline{III}$ VIR · $\overline{Q}$ $\bar{q}$. — 3 HONORIB · FVNCTVS.

279 Macter, rep. a Letaille.


desunt versus quinque

A ROE
CL / / NECCENIVSNCTVEIOCOVIS//TA
C / / / / / CCNI/ IS RVPTO SE/ VIXI COLENDO
E C MAICOM / NECOPEIERAT
ET CVM MATVRAS SEGETES PRODVXERAT ANNVS
DEMESSOR CALAMI TVC EGO PRIMVS ERAM
FALCIFERA CVM TVRMA VIRVM PROCESSERAT ARVIS
SEV CIRTAE NOMADOS SEV IOVIS ARVA PETENS
DEMESSOR CVNCTOS ANTEIBAM PRIMVS IN ARVIS
POS TERGVS LINCVENS DENSA MEVM GREMIA
BIS SENAS MESSES RABIDO SVB SOLE TOTONDI
DVCTOR ET EX OPERE POSTEA FACTVS ERAM
VNDECIM ET TVRMAS MESSORVM DVXIMVS ANN*is*
ET NVMIDAE CAMPOS NOSTRA MANVS SECVIT
HIC LABOR ET VITA PARVO CONTA VALERE
ET DOMINVM FECERE DOMVS ET VILLA PARATAST
ET NVLLIS OPIBVS INDIGET IPSA DOMVS
ET NOSTRA VITA FRVCTVS PERCEPIT HONORVM
INTER CONSC^{IB}RTOS SCRIBTVS ET IPSE FVI
ORDINIS IN TEMPLO DELECTVS AB ORDINE SEDI
ET DE RVSTICVLO CENSOR ET IP SE FVI
ET GENVI ET VIDI IVVENES CREV*is*SE NEPOTES
VITAE PRO MERITIS CLAROS TRANSEGIMVS ANNOS
QVOS NVLLO LINGVA CRIMINE LAESIT ATROX
DISCITE MORTALES SINE CRIMINE DEGERE VITAM
S IC MERVIT VIXIT QVI SINE FRAVDE MORI

Delineavi ad ectypum photographicum non optimum, quod mihi subministravit C. Tissot. Ed. I. Havet *revue crit.* 1883 p. 359 et *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 151; Tissot *comptes-rendus* 1884 p. 64 adiecta imagine heliographica.

Ante v. 1 in ectypo certe quinque versuum vestigia dispiciuntur. — Vv. 1—4 quae dedi pleraque parum certa sunt. — 19 IB litteras primo omissas posthac quadratarius verbo quod est *conscrtos* videtur superscripsisse. — 21 fin. ante et post litteras SE spatia vacant propter lapidis vitia.

Scripta est litteris non quadratis, sed uncialibus, qualibus librarii utebantur, ut codicis antiquissimi paginae hic lapis vices facere possit. Subieci specimen scripturae vv. 11—14, item alphabetum et litterarum contignationes.



Intelleguntur haec:

Et cum maturas segetes produxerat annus,
  Demessor calami tu[n]c ego primus eram.
Falcifera cum turma virum processerat arvis
  Seu Cirtae nomados seu Iovis arva petens,
Demessor cunctos anteibam primus in arvis
  Pos tergus lincuens densa meum gremia.
Bis senas messes rabido sub sole totondi,
  Ductor et ex opere postea factus eram.
Undecim et turmas messorum duximus ann[is]
  Et Numidae campos nostra manus secuit.
Hic labor et vita parvo con[ten]ta valere
Et dominum fecere domus et villa parata (e)st,
  Et nullis opibus indiget ipsa domus.
Et nostra vita fructus percepit honorum,
  Inter conscribtos scribtus et ipse fui.
Ordinis in templo delectus ab ordine sedi
  Et de rusticulo censor et ipse fui.
Et genui et vidi iuvenes crev[is]se nepotes.
Vitae pro meritis claros transegimus annos,
  Quos nullo lingua crimine laesit atrox.
Discite mortales sine crimine degere vitam!
  Sic meruit, vixit qui sine fraude, mori.

[8 notabile est ad Cirtam Numidiae (cf. v. 14) messores ire solitos esse vel ex provincia Byzacena; ut Suetonius Vesp. I operarum mentionem

facit, *quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare soleant.* Cum Cirta quae iunguntur Iovis arva quaenam sint ignoratur. TH. M.] — 20 *in ordinis templo* i. e. in curia; cf. infra n. 766 v. 9 seqq.: *curia ordinis, quam maiores nostri merito templum eiusdem ordinis vocitari voluerunt.*

280 ad n. 645. Recognovi. 3. |ARE// *dedi?*AVI. Wilmannsi supplementa reliquiis non conveniunt.

281 ad n. 648. Recognovi. v. 3 seqq. Tempestate pressus non multo plura expedivi quam Wilmannsius, sed adnotavi vv. 3—5 initia adhuc legi posse.

PRIORE FLAM ///////// TVR
ET FRATER CVMV ///// VIRGO
MOSVA ///////// LEVES HIC

reliqua ut edita sunt

XXXVIII. CHVSIRA (*Kissera* p. 87. 979).

282 ad n. 698. Recognovi. 1 fin. VESPASIANI. — 3 II·I est in lapide. — 4 SATVRNINVS cet.

283 (= 700) sic excepi.

ω /
NTI
IO//
////
5 HI//

Ergo in vv. 2 et 5 supplementa Wilmannsi corrigenda sunt.

284 ad n. 702, 1. Recognovi. IVLIVS · INGENVS · OBIT. — 2 GREMIO. — 3 GERMANIAE.

285 Kissera in lapide, qui postis loco est, alto m. 0.48, lato 1.65, crasso 0.51, litt. 0.15.

|DNIANVS · FL · PP · EQ · R · CVRAI| reliqua latent

Descripsi a me effossum. Est ... *danianus fl. pp. eq. R. cura[nte* ..

XXXVIII*a*. CIVITAS VZAPPA (*Ksur Abd-el-Melek*).

Ubi hodie est Ksur Abd-el-Melek vicus in Silianae ripa sinistra, a Macter septentrionem et orientem versus c. 12 chiliom. distans, ibi olim fuisse civitatem Uzappam titulo infra relato docemur in ruderibus vico illi vicinis reperto. Eiusdem oppidi nomen invenitur etiam in tabula Peutingerana, sed in loco perturbato, de quo infra dictum est p. 280. Neque diversam esse *Ausafam* (Αὐσάφη Zonaras), cuius episcopus interfuit concilio Carthaginiensi a. 255 (Harduin. conc. vol. I 175 *D*), eo confirmatur quod Catadae fluvii Uzappam praeterfluentis cursus superior etiamnunc appellatur Wêd Ausâf (cf. Tissot *troisième rapport* p. 12).

286 Ksur Abd-el-Melek, *au N. E. de Macter.*

*geni*O CIVITATIS VZAPPAE
*a*VG·SAC·D·D·P·P

Ad exemplum Poinssoti *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 150 seq. et Tissot *troisième rapport* p. 12.

XLI. CIVITAS MVZVCENSIS (*Hr. Bessera*).

Secundum formam, quam Tissot adiecit libello suo *troisième rapport,* haec rudera 10 fere chiliom. distant a Zama meridiem versus. Nomen antiquum patefecit titulus, quem collocare debuimus in additamentis infra n. 1194. *Innocentius Muzucensis* reperitur in notitia episcoporum Byzacenae sub n. 42. De municipio Muzuensi dictum est infra p. 282.

287 Hr. Bessera (sive Besla) *à 5 kil. environ au sud de Si-Amor-Djedidi.*

MERC · AVG · SAC
PRO SALVTEM IMPP
CAESS · L · SEPTIMI SE
VERI *pe*RTINACIS
aug. ARABICI · ADIA
BENICI · P · P · ET · IMP · CAES
M · AVRELI · ANTONI
NI · AVG · C · IVLIVS · GLAV
CVS · AEDEM
SVA P F

Ad ectypum edid. Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 287 n. 129.

XLII. LIMISA (*Hr. Aïn-Lemsa*).

Civitatis Limisae nomen et ruderibus permansit a Zama distantibus 6 chil. meridiem versus, et cognoscitur ex titulo infra scripto, et eius sine dubio episcopus fuit *Limmicensis* dictus, qui interfuit concilio Byzaceno a. DCXXXI (cf. Harduinus concil. III, 739 *E*). *Sufetes* huic oppido praefuisse idem ille titulus docet.

288 Aïn-Lemsa, *à 6 kil. de Zama.*

LIMISENSES · D · D · P · P
IVLIVS · PERPETVVS · ET · SATVRNI
NVS · MASOPIS · FIL · SVFETES · F · C
CVR · FAVSTO · MAXIMI · FIL · POS

Contuli ectypum missum a Poinssotio. Ad ectypum missum a Letaille edid. Desjardins *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 148; Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 83.

3 *Masopis* videtur redire in titulo Zattarensi infra n. 823.

XLIII. COLONIA AELIA HADRIANA AVG. ZAMA REGIA (*Sidi-Amor-Djedîdi*).

Titulo n. 289 feliciter invento controversia de Zamae Regiae situ tamdiu ambigua tantum abest ut tandem aliquando sedata sit, ut nunc de ea acrius quam unquam ante inter homines doctos litigetur. Nam et Ptolemaei testimonio, quippe cui Ζάμα μείζων appelletur oppidum Numidiae novae IV, 3, 33, et ipso Zamae Regiae nomine nonnulli putant comprobari duas in Africa fuisse Zamas solis cognominibus distinctas neque admittunt Zamam eam, quae fuit ad vicum Sidi-Amor-Djedîdi, fuisse Regiam. Tabula autem Peutingerana cum Zamam regiam collocet in via Althiburo Thysdrum ducente in hunc modum: *Assuras* (= Hr. Zanfûr) — X — *Zama Reigia* — XX — *Seggo* — X — *Avula* — VII — *Autipsidam* — VI — *Uzappa* (= Ksur Abd-el-Melek) — VI — *Manange* — VII — *Aggar* — XIV — *Aquae Regiae* (= Hr. Babûscha), ne eo quidem testimonio controversia finitur. Si recte haberet se itinerarium modo relatum, Zama quae fuit ad Sidi-Amor-Djedîdi non fuit Regia; nam Uzappa ubi fuerit cum iam constet (v. p. 278), constet item de Aquis Regiis (v. VIII p. 20), inter utramque mansionem oppidum ad Sidi-Amor-Djedîdi interponi non potest nisi admissis viae anfractibus nullo modo tolerandis. At ut Zamam mittamus, etiam aliunde constat itinerarium illud totum perturbatum esse. Nam cum Assuras ab Uzappa via recta m. p. circiter XXIII absit, secundum tab. Peuting. hoc intervallum foret milium pedum LIII. Deinde sex stationes, quot recensentur in tabula Peuting., tam parvo viae tractui male conveniunt. Quae cum ita sint, itinerarium non obstat quominus Zamam tituli infra relati pro Regia accipiamus, cum praesertim eam sitam fuisse ab Assuribus occidentem versus etiam illius testimonio prorsus confirmetur. Sallustii autem Zamae oppidi descriptionem (Iug. 56 seq., cf. VIII p. 210 seq.) convenire videri cum situ eo, ubi est Sidi-Amor-Djedîdi, iudicat Carolus Tissot, harum quaestionum existimator peritissimus (*comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 207). Denique aliquid ponderis habet, quod in tabula patronatus a. 322 (C. I. L. VI, 1686) inveniuntur *coloni coloniae Aeliae Hadrianae Aug. Zamae Regiae,* in titulo autem quem iam edimus n. 289, Zama non solum colonia appellatur, verum etiam flamoni perpetui mentio fit divi Hadriani, quo Hadrianum huius ipsius coloniae conditorem fuisse valde profecto commendatur coniectura. Ergo equidem non subscripserim dubitationibus virorum doctorum nimium cautorum, ut mihi videtur, qui in hac caussa etiamnunc ampliandum esse iudicaverunt. Ceterum hic iuvat monere ab provinciarum proconsularis et Byzacenae confinio Zamam proxime afuisse. Nam ut civitatem Muzucensem inde paucis chiliometris distantem meridiem versus Byzacenae finibus inclusam fuisse supra probatum est (p. 279), ita municipium Muzuense, quod erat ad confluentem fluviorum Wêd Mâruf et Wêd Bargu atque a Zama sex fere chiliom. distabat inter meridiem et orientem, ad provinciam proconsularem pertinuisse infra (p. 282) vide-

bimus. Qua re coniecerim fluvium modo laudatum Wêd Bargu inter has duas provincias finem fecisse, ita tamen, ut municipium Muzuense quamvis ab eius dextra ripa situm proconsularis terminis comprehenderetur. Enimvero Zamam Byzacenae recte attribui etiam propterea veri videtur non absimile, quod coloni Zamenses Byzacenae praesidi patronatus tesseram obtulerunt (VI, 1686 cf. VIII p. 18).

289 Sidi-Amor-Djedîdi.

P L V T O N I · R E G · M A G · S A C R
C · PESCENNIVS · SATVRI · FILIVS · PAL · SATVRVS · CORNELIANVS
FLAM · PP · DIVI · HADRIANI · Q̄ · PRAEF · IVR · DIC · I̅I̅ VIR · Q̄Q̄
COLONIAE · ZAMENSIS · O*b* *hono*REM · FLAM · AMPLIATA HS · I̅I̅I̅I̅ · MIL
TAXATIONE · STATVAS · DVAS · POSVIT · ET · EPVLVM · BIS · DEDIT ❧
I T E M Q ❧ D E D I C A V I T ❧ D · D ·

Contuli ectypum photographicum, quod Mommseno misit Tissot. Ediderunt Desjardins *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 175, idem antea *ibid.* p. 96 seqq. (cf. *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 108); Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 5 (1882) p. 284 n. 127 et *bull. crit.* 1883 n. 13 p. 254 cf. ibid. p. 200; Tissot *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 204.

Cum de lectione nunc constet, priorum editorum errores non recensebo. 4. 5 ex verbis *ampliata taxatione* collato titulo n. 431 *taxatis legitimis* effici videtur summas honorarias non stabiles fuisse, sed pro uniuscuiusque fortunis constitutas esse, hanc autem taxationem sestertium IIII milium Saturum supergressum has statuas dedicavisse.

XLIV. INCERTA.

290 Hr. Zaâtli regni Tunetani, cuius situm qui sciunt, nos edoceant.

D M S
POSTVMIA · MATRONILLA · INCONPA
RABILIS · CONIVX · MATER · BONA · AVIA
PIISSIMA · PVDICA · RELIGIOSA · LABORIO
SA · FRVGI · EFFICAXS · VIGILANS · SOLLICITA
VNIVIRA · *t*OTIVS INDVSTRIAE · ET · FIDEI
MATRONA · VIXIT · ANNIS · N · LIII MENSIBVS
N V DIEBVS TRIBVS

Saladin *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 200.
8 traditur a 7 non seiunctus.

PARS TERTIA.

PROVINCIA PROCONSVLARIS.

CIVITAS MVZVENSIS (*Hr. Khakhnûn*). Ins. post caput praecedens.

Ubi hodie est Hr. Khakhnûn, quo nomine indigenis appellantur rudera late patentia ad confluentes fluvios Wêd Mâruf et Wêd Bargu, ibi olim fuisse municipium Muzuense conficitur titulo n. 291 (cf. p. 279). Nomen, quod sciam, alibi non commemoratur, nisi quod in notitia episcoporum a. 483 inter episcopos provinciae proconsularis sub n. 49 nominatur *Felix Muzuensis*. In ipso provinciarum proconsularis et Byzacenae confinio hoc oppidum situm fuisse videri supra diximus p. 281. *Ordinis* in eodem illo titulo mentio fit.

291 Hr. Khakhnûn.

INVICTISSIMO ATQE *sic*
INDVLGENTISSIMO
PRINCIPI IMP CAES
FLAVIO VALERIO CON
STANTINO P F INVICT AV*g*
ORDO MVNCIP MVZ ·
DEVOTVS NVMINI MA
IESTATIQVE EIVS ·
D D P P

Descripsi ad ectypum missum ab Iuliano Poinssot. Exceptum ab eodem edidit Tissot *troisième rapport* p. 13; ipse Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 7 (1884) p. 75 n. 281.

CIVITAS VRVSITANA (*Hr. Sugda*). Ins. post caput praecedens.

Inter montes Dj. Bargu et Dj. es-Serdj ibi ubi est divortium aquarum, quae ad fluvios Catadam et Wêd Bargu descendunt, reperta sunt rudera, quorum originem repetendam esse ab antiqua civitate Urusitana titulus docet, qui inde prodiit, n. 292. Nomen oppidi alibi non traditur. Ad provinciam proconsularem et hoc revocavi et, de qua continuo agam, civitatem Vazitanam, nam ut fluvium Wêd Bargu, ita etiam Wêd Khemis illam a meridie praeterfluentem finem fecisse inter provincias Byzacenam et proconsularem non inepte mihi videor conicere. — *Ordo* civitatis commemoratur in ipso titulo n. 292.

292 in lapide lato m. 2,70 alto 0,55 litt. 0,06. Hr. Sugda ad portam templi.

IVNONI AVG SAC
PRO SALVTE IMP M · AVRELI COMMODI ANTONINI AVG GERM
SARMATICI *Britanni*CI P P CIVITAS VRVSITANA TEMPLVM
CVM SANCTVARIO *io*VIS FECIT ET DEDICAVIT D · D · P · P

Mihi misit I. Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 12.

CIVITAS VAZITANA SARRA (*Hr. Bez*). Inserenda p. 94 ante I.

Rudera sita ad pedem montis Dj. Bargu inter meridiem et occidentem dicta Hr. Bez ut revocemus ad oppidum antiquum, cuius nomen ethnicum inceperit a litteris *Vazi*..., postulat titulus n. 293. At nomen oppidi plenum *civitas Vazitana Sarra* auctore Carolo Tissot alter titulus exhibet una cum illo repertus, sed nondum editus (*troisième rapport* p. 13). Aliunde de hac civitate nihil accepimus.

293 Hr. Bez supra portam templi.

PRO SALVTE·IMP·CAES·DIVI SEPTIMI SEVERI *pi*I *Arab. adiab. parth. max. brit. max. f., diui m. antonini germ. sarm. nep., diui antonini*
PRONEPOT·DIVI HADRIANI ABNEP·DIVI TRAIANI PART*hici et diui neruae adnepot. m. aureli antonini pii felicis augusti*
PARTHICI MAXIMI BRITANNICI MAX·PONT·MAX·TRIB·POTEST $\overline{\text{X}}$*u imp. ii cos. iii p. p. procos* . . . .
. . . . STORIVS · SATVRNINVS *f*LA P SAC MERCV*ri* PATRIAE SVAE VAZI*tanae aedem* . . . .
CVM PRONAO ET ARA FECIT ET OB *dedic.* AEPVLVM ET GYMNASIVM DE*curionibus et populo dedit* . . . .

Mihi misit I. Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 13.

1 fin. SEVERI ///IABE traditur. — 4 init. POP · STORIVS cet. deinde ELAPSAC MERCVM cet. Poinssot; . . . . . . MERC · CVM Tissot; correxit Mommsen. — 5 fin. DED traditur, sed quae supplevi, hiatui satis magno melius respondent.

Titulus scriptus est post mortem Septimi (a. 211) et ante quam Antoninus Germanici cognomen usurpare coepit (a. 213).

VI*a*. BISICA (*Hr. el-Biskâ*).

Biscam tabulae Peutingeranae cum Wilmanns (p. 169) voluisset respondere oppido quod nunc est Testûr, Tissot ad parietinas rettulit inter Chorevam et Avittam sitas, quibus illud nomen usque ad hunc diem permansit. Cui opinioni a Mommseno comprobatae p. 938 nunc documento sunt tituli n. 301. 302. *Municipium A* . . . . . appellatur n. 299, quod quomodo supplendum sit parum liquet. Collato n. 1357, nisi *coloniam Bisicam Lucanam* a *municipio Bisicensi* (n. 298. 299. 301) distinguere malemus, dicendum erit Diocletiani fere aetate municipium iure coloniae exornatum esse. Quae praeterea de Bisica traduntur, congessit Wilmanns p. 169. In titulis quos edam commemorantur *fl(amen) p. p. cur(ator) r(ei) p(ublicae)* n. 294, *XI primi* Bisicenses n. 302. De civitate RIR AQ SACAR Bisicae vicina vid. ad n. 295.

294 in lapide alto m. 0,60 lato 2,30 litt. 0,08 rep. Hr. Biskâ, *sur un plateau du Dj. Rihan.*

am|OREM QVEM VETERNOSA CARIES SQVALORQVE TAETERRIMVS *i*TA POSSED*erat*
uen|ERIS VERTEX INTVENTIVM FVGARET ASPECTVM · PORTICV *f*ACT*a a f*VNDAM*e*N*to* . . .
elegan|TIAEQVE RESTITVIT GEMINIVS AVRELIVS AVCTOR · FL · P · P · CVR · R · P · ET · AMOREM . . .
splen|DIDISSIMI ORDINIS TOTIVSQVE POPVLI LABORE PERFECIT EXCOLVIT ET DEDICAVIT

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 297 n. 150.

1 ETA traditur. 2 init. [*Ven*]*eris,* statuae scilicet, supplevit Mommsenus, idem correxit quae in fine traduntur: PORTICVLA CTISTVNDA MINID.

Totus titulus sic fere, puto, legebatur: [*Templum Veneris* [?] *vetustate collapsum* . . . *et Am*]*orem quem* cet. *possed*[*erat, ut* . . . . . . *et Ven*]*eris vertex intuentium fugaret aspectum, porticu facta a fundamento* . . . . . . [*pristino splendori elegan*]*tiaeque restituit* cet. — *cur*(*ator*) *r*(*ei*) *p. et Amorem* . . . [*adhibito adiutorio splen*]*didissimi ordinis totiusque populi labore* cet.

---

295 in lapide alto m. 0,25, lato 1,20 rep. Hr. Biskâ.

ANTONINI
PRO SALVTEM IMP CAESARIS · T · AELI · HADRIANI · AVG · PII · LIBERIS ·
Q EIVS · IOVI · IVNONI · MINERVAE CIVITAS RIR · AQ · SACAR · VOTO · FECERVNT · ANNO
SVFETVM · ONORATO FORTVNATI · I · M · R · ET · FL VICTORIS VICTORI SIMILIS · MAGISTRATS
VETVLENIS VICTOR ET · SIMILIS P FRATRIBVS · P · P · D · D · FECERVNT

Exscripsi summa cura ex ectypo quod mihi misit I. Poinssot. Ad exemplum et ectypum data ab eodem edidit Tissot *troisième rapport* p. 16; Poinssot ipse edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 297 n. 149.

1 in lapide erat *salutem.* Cognomen *Antonini* per neglegentiam omissum quadratarius loco suo superscripsit. — 2 RIRACSACAR Poinssot. Tissot proponit: *civitas Rir*(*ensis*) *Aq*(*uensium*) *Sacar*(*itanorum*). Nomen huius oppidi alibi non occurrit. — 3 litteram quae est post FORTVNATI et deinde quae sunt inter R et VICTORIS certo enucleare non potui. *Victoris* nomen repetitum crediderim errore lapicidae. — 4 in verbo quod est VETVLENIS prima E non est certa. Titulus non solum lapicidae erroribus inquinatus, verum etiam

male compositus est. Ceteris omissis in eo offendimus, quod 4 fin. verbum *fecerunt* caret subiecto. Quod sintne *sufetes* an *magistratus* qui appellantur an forte utrique, statui nequit. — *Pro salutem* cet. — *Minervae civitas Rir. Aq. Sacar. voto fecerunt anno sufetum (H)onorat[i] Fortunati f(ili) m(agistri) R(irensis) et Fl(avi) Victoris Similis [f(ili)], magistratis Vetulenis Victor(e) et Simili p fratribus. P(ecunia) p(ublica) d(ecurionum) d(ecreto) fecerunt.* V. 3 *Victoris* nomen repetitum crediderim errore lapicidae; v. 6 ante FRATRIBVS P quid significet nescio. — [v. 5 VICTORI SIMILIS videntur male anticipata esse ex sequentibus; quibus deletis quae remanent sic fere reformari poterunt: *anno sufetum Honorati Fortunati fili magistratus Rirensis et Flavii Victoris magistratus (Rirensis) Vetuleni Victor et Similis p(ro?) fratribus fecerunt,* ut *fratres* sint municipes blande sic dicti. TH. M.]

296 Biskâ.

imp. caes.
DIVI ANTONINI
FIL · DIVI HADRIANI
NEPOTI DIVI TRAIAN
PARTHICI·PRONEP DIVI
5 NERVAE AVG ABNEPOT
L AVRELIO VERO AVG
TRIB POT COS II a. 161
DD PP

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 299 n. 153.

297 Biskâ.

FAVSTINAE
AVG
IMP · CAES · M · AVREL
ANTONINI · AVG
5 PONT MAX TRIB
POT XV COS III a. 161
DD PP

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 299 n. 152.

298 Biskâ.

Q SERVI*l*IO
PVDENTI
Q SERVI*l*I
PROCOS FILIO
5 PATRONO
MVNICIPII
D · D · P · P

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 298 n. 151.

1. 3 traditur SERVITIO, SERVITI.

Q. Servilium patrem eum esse, ad quem spectant n. 5354 et titulus Tuccaboritanus infra edendus, consulem a. 166 exposuit qui edidit. [Pater cum dicatur *proconsul,* scilicet non Africae, sed Cretae et Cyrenarum praetorius, ut intellegitur ex titulo Calamensi n. 5354 in eundem honorem finiente, honores hi filio eius habiti sunt ante consulatum a patre adeptum proconsulatu praetorio honoratiorem, et quidem sine dubio propter adfinitatem cum domo imperatorum ipso a. 161, quo duorum Augustorum novum imperium Bisicani celebrabant (n. 296. 297). Filius enim, cui titulus positus est, matrem habebat Ceioniam Plautiam imperatoris L. Veri, qui ante adoptionem patris suamque L. Ceionius Commodus fuerat, sororem naturalem et propterea in titulo urbano C. I. Gr. 5883 (cf. p. 1262) appellatam *ἀδελφὴν αὐτοκρατόρων,* quamquam vere ad Marcum ea necessitudo non pervenit fratrem non Ceioniae ipsius, sed ex adoptione fratris eius. TH. M.]

299 in lapidibus quattuor altis m. 0,60 litt. 0,16 in templi fundamentis positis Biskâ.

| DIVI ANTO | *nini pii ?nepoti* | S DIVI HADRIANI | *?pronepotis*
| | | MVNICIPIVM A |

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 305 n. 166.
Titulus est aut Septimi Severi aut Antonini Severi f. — 2 municipium appelleturne *A*[*elium*] an *A*[*ntoninianum*] an *A*[*urelium*] vel *A*[*urelium Alexandrianum*], non liquet.

---

300 in basi alta m. 1,10 lata 0,65 litt. 0,05—0,04 rep. Biskâ.

. . . .
. . . .
IMP CAES M *Aureli se*VERI
ANTONINI *p*II FEL*ic. aug. p*ARTHICI
MAX BRITANNICI MA*x. pontificis*
max. TRIB · POT · XV · IMP · II COS · IIII · P P a. 212
DIVI M ANTONINI · PII · GERMANICI
SARMATICI · NEPOTIS · DIVI · ANTONINI
PII · PRONEPOTIS · DIVI · HADRIANI ·
ABNEPOTIS · DIVI · TRAIANI *pa*RTHICI
ET DIVI NERVAE ADNEPOTIS
D D P P

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 300 n. 154.
8 fin. et 9 fin. HADRIANI et ANTONINI nomina in exemplo edito loca mutaverunt errore typothetae.

---

301 Biskâ.

M CORNELIO · OC
TAVIANO · V · P · PRAEF
CLASSIS · PRAET · MISEN ·
DVCI · PER · AFRICAM
NVMIDIAM · MAVRETA
NIAMQVE · SPLENDI
DISSIMVS · ORDO ·
MVNICIPI · BISICENSIS
PATRONO · INCOMPARA
BILI · OB · MERITA

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 301 n. 156.
Redit M. Cornelius Octavianus in Sitifensi n. 8435; recteque dux provincias plures administrans tam in Africa honoratur quam in Mauretania.

302 Biskâ.

ZOPYRVS TIRO
NIS · F · BISICENSIS
EX · XI · PRIMIS
VIXIT ANNIS
LXXXVIIII
H S E
S
O OSSA QVIETA PRECOR T
T ZOPYRI REQVIESCANT T
B IN VRNA ET SIT HVM L
q VS CINERI NON ONEROSA *precor*

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 303 n. 160.
7 seqq. est distichum sane mendosum. At 8 fin. in exemplo manu scripto est REQVIESQVIE, erat igitur fortasse *requies*[*cite*].

VII. AVITTA BIBBA (*Hr. Bu-Ftîs* p. 100).

303 Hr. Bu-Ftîs.

FANVM DEI MERCVRII RVINAM IM............... *beatissimo saeculo*
DD*d* NN*n constantini et* CONS*tanti et constantis augustorum inuictorum* a. 337/8
PROCONSVLATV · AVRELI · CELSINI *u. c.* .... *in administra-*
TIONE SVA RESTAVRAVIT .... *curante ac dedicante*
IMBRIO GEMINIO FAVSTI*no ? curatore rei p. l. l. d. d.*

Misit I. Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 11.
1 *ruina mi*[*nante*] conicit Mommsen.

Aurelius Celsinus procul dubio idem est ac praefectus praetorio a. 338-339, praefectus urbi a. 341-342 et iterum a. 351. Itaque provinciae proconsulari praefuit inter d. 22 mensis Martii a. 337, ut quo diem obierit Constantinus Magnus, et Kal. Martias a. 338, quibus honorem urbanum suscepisse censendus est (cf. Tissot l. l.).

---

304 Hr. Bu-Ftîs.

D N
FLAVIO HONORIO
INVICTO IMP
SEMPER AVG
MVNICIPIVM
AVITTA BIBBA
DEVOTVM NVMINI
MAIESTATIQVE
EIVS

Misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 310 n. 178.

---

305 Henchir M'himes, *à trois milles au Sud-Ouest de Bou-Ftis.*

VENERI AVG SAC
DELIVS · ABASCANTI · AVG · VIL · VIC · TELONEVM · A · FVN
DAMENTIS · SVA · IMPENSA · RESTITVIT · ET · AMPLIAVIT

Nobis misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 313 n. 188.
Mommsen de hoc titulo exposuit supra p. 112.

---

306 Hr. el-Abd *à 3 milles (à l'Est) de Bou-Ftis.*

D M S
Q AELIVS PRIMVS MIL COH XIIII VRB PI
VS VIXIT ANN L POMPEIA SATVRA CONIVNX *fec.*

Nobis misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 315 n. 190.

VII *a*. *Hr. Bîr el-Akmin.*

Nomen oppidi antiqui, quod ibi fuit, ubi hodie rudera sunt dicta Hr. Bîr el-Akmin late patentia ad stagnum Sebkhat el-Kursia occidentem versus, adhuc ignoratur.

307 Hr. Bîr el-Akmin.

*c*VRIA SALINENS*ium*
PERFEC

Nobis misit I. Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 315 n. 192; Tissot *troisième rapport* p. 14.

Curia fuit fortasse collegii funeratici talis, qualis est curia Iovis in titulo infra relato n. 498; vid. etiam titulum alterum n. 494. Nomen *Salinensium* referendum est ad salinas, quae erant in stagno el-Kursia. [*Curia* si in lapide fuit, vix collegium ita significari potuit, nam curia tituli citati aedificium est neque adhuc quod sciam curia reperta est ad universitatem hominum relata nisi ita ut pars populi sit. Th. M.]

VII *b*. MVNICIPIVM TEPELTENSE (*Hr. Belait*).

Nomen oppidi antiqui, cuius rudera sita a meridie stagni Sebkhat el-Kursia et ab Hr. el-Abd 6 fere chiliom. disiuncta indigenis appellantur Hr. Belait, cognitum est ex titulis infra relatis n. 308—311. Inde ab Hadriano usque ad Gordianorum tempora *civitatem* fuisse Tepeltenses a *sufetibus* administratam testes sunt tituli n. 308. 309. 310. Posthac ex civitate *municipium* factum esse docemur titulo n. 311 Diocletiani aetate posito. Alibi de hoc oppido nihil videtur traditum esse.

---

308 Hr. Belait, *sur une terrasse, qui bord (au sud) le bassin de la Sebka (el-Koursia).*

IMP · CAESAR*i*
DIVI · TRAIANI
PARTHICI · F · DI
VI NERV · NEPO
TI · HADRIANO
AVG · PONTIFIC ·
MAXIMO · TRIB
POTEST · XIIII a. 130
COS · III · D · D · P · P
CIVITAS · TEPELT
MAXIMVS · SATVRI · *f*
ET · L · LVCISCI · F · SVFE
TES CVRAVER

Nobis misit I. Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 316 n. 105.
11 SATVRIE traditur; in exemplo manu scripto est SATVRE.

309 Hr. Belait.

S A L V T I
A V G V S T O
R V M
C I V I T A S
T E P E L T E N
S I S D D
P P

Nobis misit Poinssot, qui edid. *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 317 n. 106.

Augustos M. Antoninum et L. Verum esse suspicor.

310 Hr. Belait.

sabiniae tranQuil-
linae aug. Coniugi
IMP CAES ANTONI
GORDIANI · P · F . AVG
CIVITAS TEPELTENS ·
DEVOTA NVMINI
MAIESTATIQVE EO
RVM DD PP

Nobis misit Poinssot, qui edid. *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 317 n. 107.

311 Hr. Belait.

C GALERIO VA
LERIO MAXI
MIANO NO
BILISSIMO
CAES MVNI
CIPIVM TEP

Nobis misit Poinssot, qui edid. *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 318 n. 108.

Propter praenomen vide ad C. n. 608.

VII *c*. *Hr. Aïn Tlit* (inter Thuburbo maius et Abbir Cellae).

312 Hr. Aïn Tlit, *à quatre milles d'Hr. Kasbate* (= Hr. el-Kasba s. Thuburbo maius; v. p. 106).

D N FL GRA
TIANO MACX
P · F · VICTORI
SEMPER AVG
VITRASIVS RES
TVTVS FL PP
CVR RE P VNA
CVM ORDI
NE DEVOTVS
N M Q EIVS

Mommseno misit Poinssot, idem edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 321 n. 212.

VIII. ABBIR CELLAE (*Hr. en-Na'âm* p. 102. 979).

313 Hr. en-Na'âm.

GALLIAE OPTATAE
CONIVGI P MODI FE
LICIS FILI PRIMI
AD REMVNERAN
DAM LIBERALITA
TEM MARITI EIVS
PERFECTI OPERIS
M A C E L L I
VNIVERSAE CV*riae*

Poinssot *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 323 n. 215.

314 Hr. en-Na'âm.

P MODIO FELICIS FI
LIO PRIMO QVAESTO
RICIO II VIRALICIO
AD REMVNERANDAM
LIBERALITATEM EIVS
MEMORIAMQVE PER
PETVO SERVANDAM
VNIVERSAE CVRIAE

Poinssot *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 322 n. 214.

315 Hr. en-Na'âm.

RACILIAE SATVRNINAE
T · RACILI · FELICIS · LAM
PADARI · FLAM PERPET
FILIAE · OB · RELIGIOSVM
AMOREM · GERMANI
TATI DEBITVM ET EIVSDE*m*
SANGVINIS I*a*M SOCIA CA*ri*
TATE PROGEN*iem* FRATER

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 323 n. 216.

L. Racilius Felix Lampadarius flam. perp. reperitur in C. n. 827. Fortasse etiam hic pro T quod traditur legendum est L. [7 malim *item socia caritate*; significatur caritas accedens ad sanguinis vinculum. Th. M.]

XI. MVNICIPIVM GIVFITANVM (*Hr. Mscherga* p. 108. 927).

316 ad n. 859: Dedicantium agnomina in basis parte superiore incisa litt. c. 11 LEONTI DARDANI a Wilmannsio omissa addiderunt Cagnat *rapport* II p. 5 n. 5 et Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 325 n. 221.

317 basis alta m. 1,30 lata 0,31 litt. 0,10—0,04 rep. Hr. Mscherga.

DEO
MERCVRIO AVG
SACRVM
CIMBRIVS SATVRVS MANCEPS ET Q
GEMNIVS ET C · CALPVRNIVS OPTATVS ET
BARGIVS SECVNDVS ET RVFINVS COINI ET
PRIMVS IDIL · ET PRIMVS CVRVNNI · ET FELIX ·
C · GEMNI · ET · PRIMVS BVRROS ET FABIVS HO
NORATVS ET SECVNDVS DEANA ET SEMPRONIVS
SEVERIANVS · ET CERIVS FELIX SOCII · NITIONES
SVA LIBERALITATE FECERVNT ANNO II VIRR
P IVLI MAI PRIMIANI ET C · ANNAEI
NAMPHAMONIS

Cagnat *rapport* II p. 7 n. 10.

4 C · IMBRIVS traditur, sed in exemplo minusculis litteris transcripto *Cimbrius* cf. n. 862. Reliqui socii praenomine partim carent, partim exornati sunt. Sociorum Nitionum collegium partim ingenuis libertisve partim servis (*Rufinus Coini, Primus Idil(is), Primus Curunni, Felix C. Gemni*) compositum est. [Mihi videntur et *manceps* et *socii nitiones* pertinere ad publicum nescio quod a sociis conductum, a mancipe administratum, socii autem ii aedem fecisse ex liberalitate. Th. M.]

318 ad n. 861: Dedicantium agnomina litt. c. 16 incisa in superiore basis parte a Wilmannsio omissa addidit Cagnat *rapport* II p. 5 n. 6: PATRICI LIBERI.

319 basis alta m. 1,20 lata 0,50 litteris partim evanidis 0,07—0,05 rep. Hr. Mscherga.

P L V T O N I
A V G *sa* C R
Q̲V A M L I A C C H I R I
VS ROGATVS H M V
A N N O AEDILITATIS SVAE
MVNIFI*c*ENTIAM PROMI
SERAT EMDEM Q̲FVLLONI
VS FELIX AV III VS EX ASSE
H*e*RES AB EO SCRIBTVS S/
'\ M
RI ı

Exscripsi ex ectypo, quod mihi misit Cagnat, qui edid. *rapport* II p. 9 n. 13. 4 fin. *h*(*onestae*) *m*(*emoriae*) *v*(*ir*). — 8 FELIX III RIVS cet. — 10 . . . . IVIII . . . . . VM — 11 TVII Cagnat.

---

Dedicantem Tissot suspicatur eundem esse atque Alfenium Ceionium Iulianum Camenium (C. VI, 1675), qui fuit praefectus urbi a. 333 et consularis Numidiae ante a. 330, ut Africam administraverit tempore inter haec duo munera intermedio.

---

557 Tebursuk in aedibus privatis.

D M S
I A L A V Γ
A N A M
G O D D I
NA P V A
L X X X I I I
H S E

Descripsi. Nomen prius utrum sit *Ialauta* an *Ialauda* non liquet; cf. *Namgedde* 4906. 4907. 6529. 9199, *Namgedenia* 2325.

LXV*a*. VCI MAIVS (*Hr. ed-Dudmis*).

Ucitana duo, maius et minus Plinius recenset inter oppida civium Romanorum h. n. 5, 4, 4. Οὖκιβι quod legitur apud Ptolemaeum 4, 3, 29 ex Οὖκι corruptum esse coniecit Morcellius Afr. christ. I, 348. Si corrigendum est, ut videtur esse, Οὖκι β′ i. e. *Uci duo,* ea inter se vicina fuisse sequitur. Cf. etiam supra n. 442. *Uci Maius* ubinam fuerit nunc in aperto est inventis titulis n. 558—561, in quibus appellatur aut *colonia Mariana* (om. n. 558) *Augusta Alexandriana Uchi Maius* (n. 558; *Uchitanorum Maiorum* n. 559. 561) aut brevius *col(onia) Uchitanorum Maiorum* (n. 560). Cf. Aur. Vict. de vir. ill. 73: *L. Appuleius Saturninus . . ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit ut veteranis centena agri iugera in Africa dividerentur.* Videmus igitur hanc quidem regionem Africae veteris finibus inclusam fuisse. Deductioni a C. Mario inceptae Augustus novis colonis missis succurrit. Octavianus episcopus *plebis Uci maius* commemoratur in collatione Carth. (Harduinus concil. I, 1088 *D*). Neque minus huc spectare Gaium *Uzitensem,* quem inter episcopos provinciae proconsularis ab Hunerico in exilium missos perhibet notitia a. 483, exposuit Morcellius Afr. christ. l. l. Denique Tripolius *Ucitanus* subscripsit epistulae ad Paulum Constantinopolim missae de monotheletis a. 646 (Harduinus concil. III, 752 *A*). — Civitatem Benecennensem, cuius memoriam servavit etiam Carthaginiensis titulus supra n. 452, ex n. 524 intellegitur coloniae Ucitanae vicinam fuisse.

558 in lapide alto m. 1,50, lato 0,55, litt. 0,05 rep. Hr. ed-Duâmis.

CONCORDIAE AVG SACR*um*
PRO SALVTE IMP CAES DIVI SEPTIM*i*
seueri pii NEPOTIS DIVI
magni ANTONINI PII *fili*
m. aureli seueri ALEXANDRI
pii felicis augusti pont.
max. trib. pot. V*ii*II COS I*ii* a. 230
p. p. . . . . QVOD INDVLGEN
. . . . OSIAE COLONIA
ALEXAN*driana* AVGVSTA VCHI
MAIVS *h*ONORATA QVES///V
ORDO CIV*ita*TIS BENCENN*ens.*
STATVAM CO*ncor*DIAE PERPETVAE
DEDIT ET DE*di*CAVIT

Mihi misit I. Poinssot, ad cuius exemplum et ectypum edid. Tissot *troisième rapport* p. 7.

3 init. FELICI NEPOTIS cet. — 6 fin. PRONEP. — 7 VNII traduntur. — vv. 8. 9 tangere nolui.

De civitate Bencennensi vide quae animadverti in huius capitis praefatione et supra ad n. 452. [Titulus videtur dedicatus esse ab ordine Bencennensi propterea, quod vicinae coloniae Uchi imperator concessit, ut suo nomine deinceps appellaretur. Itaque quamquam verba non praesto, sic fere fuit: *quod indulgen*[*tia eius sacro n*]*o*[*m*]*i*[*n*]*e colonia A. A. U. maius* [*aucta h*]*onorataque* [*es*]*t*. Inde item explicatur, cur Concordiae statua dedicata sit. Th. M.]

---

559 Hr. ed-Duâmis, *ruines considérables à vingt kilom. N. de Bordj Messaoudi.*

IMP · CAES · L · DO
MITIO AVRELIANO
PIO FELICI AVG PON
TIFICI MAX TRIB *pot*
P P P*r*OCOS · RESPV
BLICA COL MARIANAE
AVG · ALEXANDRINAE
VCHIT MAIORVM
DEVOTA NVMINI
MAIESTATIQVE EIVS DD *pp*

Ad exemplum et ectypum, quod misit de Balthazar, edid. Tissot *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 292.

5 traditur PDO — 7 ALEXANDRINAE — 10 fin. traditur TI.

560 Hr. ed-Duâmis.

D · D · N · N · FLAVIO
VALENTI VICTO a. 364–378
RI · AC TRIVMFA
TORI · SEMPER
AVGVSTO
R · P · COL · VCHI
TANORVM MA
IORVM DEVO
TA

Ad exemplum et ectypum, quod misit de Balthazar, edidit Tissot *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 290.

Propter gemellum titulum olim iuxta positum praescriptio concepta est numero plurali.

---

561 Hr. ed-Duâmis.

M · ATTIO
CORNELIANO
PRAEFECTO PRAE
TORIO EMINENTISSIMO
VIRO CIVI ET PATRONO
OB INCOMPARABILEM
ERGA PATRIAM ET CIVES
AMOREM RES PVBLICA
COLONIAE MARIANAE AV
GVSTAE ALEXANDRINAE
VCHITANORVM MAIORVM

Ad exemplum et ectypum, quae misit de Balthazar, edidit Tissot *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 291 (cf. *bull. crit.* IV a. 1883 p. 60).

M. Attius Cornelianus praefectus praetorio adhuc non innotuerat.

LXV*b*. *Hr. Udeka.*

Rudera conspicua, quae nominantur Hr. Udeka, sita sunt *sur la rive droite de l'Oued Tessa à quatre kil. environ après le Hammam Bejoum, à trois heures et demie de Ben-Béchir* (Cagnat *archive des miss. scient.* IX a. 1882 p. 147), quae est statio viae ferratae inter Sûk el-Khmîs et Sûk el-Arba. In eis magni castelli Romani (vel Byzantii?) parietinae maxime memoratu dignae sunt. Nomen oppidi quod ibi fuit adhuc ignoratur. Eiusdem magistratus in titulis quos referam ibi repertis occurrunt hi: *aedilicii, II viri q(uin)q(uennales),* praeterea *decuriones (ordo)* n. 563.

562 Hr. Udeka.

. . . . *a*
*diu*O COM*modo aedi-*
*li c*EREALI · PR*aetori*
*per*EGRINO ADL*ecto ab*
*imp*P · CAESS · L · SEPTI*mi*O
*seu*ERO PIO PERTINACI E*t*
m · *au*RELIO *a*NTO*nino augg.*
*ad c*VRAM CIVI*tatis* . . .
. . . . ORVM
⏝CO
◠

Cagnat *rapport* II p. 46 n. 50 cuius supplementa retinui.

---

563 in epistyliis quattuor longis *a* m. 1,85, *b* 0,97, *c* 1,15, *d* 2,70 rep. Hr. Udeka.

. . . . . *cum ut actis ordinis* DIEI · NONARVM IVNIARVM FVSCI ET DEXTRI COS CO*n*TINETVR · IN NVMERO ∅ DEC*urionum* ET INTER · AEDILICIOS ADLECTVS ESSET SINGVLARI INSTANTIA IN ADMINISTRATIONE II VIRR QQ ‖ a. 225

*eius anni id quod eum fecis*SE · ACTIS · ORDINIS · CONTINETVR · DIEI · V · KAL · IANVAR*i*ARVM FVSCI ET DEXTRI · COS . . . . . *su*FFICIENTEM FRVMENTI · COPIAM PROPRIIS · SVMPTIBVS · POPVLARIBVS · EXHIBVIT ‖

*et ad patriam suam exorna*NDAM PORTICVM ASCENSVS FORI · CVM · SPIRITIS · ET GRADIBVS · ET CAPITIBVS ET . . . . *ex* HS XII MIL N PRIVATA *s*VA · PECVNIA · FECIT · IDEMQV*e ded*ICAVIT ‖

Fragmenta tria posteriora descripta a Dumartin edid. Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 147 n. 247, omnia ad sua exempla idem *rapport* II p. 44 n. 49.

Verbo quod est *spiritis* quae notio subsit non constat. Cum *spira* (*spira dicitur basis columnae unius tori aut duorum* Fest. p. 330 Muell.; *τὸν κίονα σὺν σπείρῃ καὶ κεφαλῇ* titulus Mylasensis C. I. Gr. 2714) id coniungendum esse suspicatur Mowat (apud Cagnat l. l.). Quod si verum esset, verba *spiritis* et *capitibus* inter se non esse separata exspectaremus. [Sed fortasse spira et gradus uno saxo continebantur. Th. M.]

LXVI. THVGGA (*Dugga* p. 182. 938. 979).

564 ad n. 1471: Recognovi. In fastigio templi cernitur aquila volans, qui virum nudum, imperatorem sine dubio deorum in numero relatum, ad caelum effert. *a* 1 seq. partes medias sic excepi:

MAXIMO *iu*NONI *reginae* MINERVAE
*caes. m. aureli an*TONINI · AVG · ET · L · VERI

565 ad n. 1482: Repperi et recognovi fragmenta *a c e f h*. — *c* ante EX spatium vacat. — *e* fin. MILIB Ñ MV| — *f* init. fortasse ·NT; in fine mihi visus sum cernere *ab hered*[*ibus*].

566 ad n. 1483: Recognovi. 2 init. *aure*]LI — 3 TESTAMEN*to*.

567 ad n. 1487: Recognovi. 3 init. TRIB · P · X̄ cet.

568 ad n. 1488: Recognovi. 3 PROͼNS.

569 ad n. 1501: Recognovi. *d* in fine spatium m. 0,16 vacat.

570 in lapide alto m. 0,65, lato 1,60, litt. 0,12—0,115, rep. Dugga.

*c*AELESTI AVG SAC*rum*
*pro sal*VTE · IMP · CAES · M · AVR*eli*
seueri ALEXANDRI PII FELICIS *aug*

Descripsi. D'Hérisson *relat. d'une miss. archéol.* p. 271 (cf. Thédenat *bull. épigr. de la Gaule* II a. 1882 p. 172 et *bull. des antiqu. de France* XLIII a. 1882 p. 159).

3 MEXANDR · IRIIEF · ERIGIT Hér.

571 in lapide alto m. 0,40 lato 1,78 litt. 0,10, rep. Dugga.

*f*ELIX BEATIANVS LIBERALI*tate sua*
*mu*LTIPLICAVIT EXCOLVIT DED*icauit*

Descripsi. Cf. n. 1474, quem ipse non minus vidi.

572 in lapide alto m. 0,48 lato 1,00 crasso 0,45, litt. 0,08—0,065, rep. Dugga in olivetis.

*pro salute imp. caes. trai*ANI · HADRIAN*i aug*........
.....................RINIVS · QVIR · BASS*us et*........
...*plutonis?*......*fru*GIFER · LIBERI · PATR*is sacerdotes*
............*sua pecun*IA · STRVXERVNT · IN QV............
..................*ru*NT · ITEMQ · DED · CVRA*nte*.........

Descripsi.

3 propter supplementum v. C. p. 1084.

LXVII. AGBIA (*Hr. 'Ain Edja* p. 189. 938).

573 ad n. 1547: Recognovi. 2 RIINIVS — 3 init. nihil deest.

574 n. 1548: Recognovi. 8 GENI·*cu*RIAE cet. — 11 init. DED · CVMQ· cet. — 18 CIVIT ·

575 ad n. 1550: Recognovi. 4 init. M TVLLIO mihi certum visum est.

576 in fragmentis duobus inter rudera arcus iacentibus in via, quae hodie Tunete Siccam ducit, inter ʿAin Tunga et Hr. ʿAin Edja loco hinc 8 fere chiliom. distante Poinssot. *D'une porte triomphale construite (entre Ain el-Hedja et Téboursouk, à l'hauteur de Dougga) à la jonction de deux routes allant l'une de Téboursouk au Kef, l'autre dans la plaine de l'Oued Kralled* Esperandiev.

a	*b*
*u*ICTORIIS	*u i c t o r i i s*
*i*M P E R A T O R V M	CAESARVM
N O S T R O R V M	NOST RORVM
COL · THVGG · DEVoTA	*c*OL · THVGG · DEV*ota*

Nobis misit Iulianus Poinssot, ad cuius exemplum et ectypum edid. Tissot *troisième rapport* p. 6; Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* 1883 fasc. VIII p. 16.

Tituli affixi erant duabus frontibus arcus Diocletiano et Maximiano Augustis atque Constantio Galerioque Caesaribus dedicati.

---

577 rep. in via Agbia Thubursicum ducente.

D · M · S
P · AE*l*IVS . VICTOR
MESOR · AGROR · P · V
A N N I S · X X X X V I I I I
QVARTIO · FRATER · P · F
H · E · S

D'Hérisson *relat. d'une miss. archéol.* p. 272 (cf. Thédenat *bull. épigr. de la G.* II a. 1882 p. 172 et *bull. des antiqu. de France* XLIII a. 1882 p. 159).

2 AEIVS traditur.

LXVIII. MVNICIPIVM ..... (*Hr. Kern el-Kebsch* p. 192).

Nomen municipii commemoratum fuit in titulo n. 580, sed eius parte inferiore fracta adhuc in occulto remansit.

578 ad n. 1573: infra titulum Latinum, quem recognovi, Graecus legitur, qui Wilmannsium fugit, hic:

ΡЄϹΤΙΤΟΥΤΑΝΠΟΛΙ / / / ϹΙΝΙΝЄ
ΠΟΘΟΝΕΤΗ ΔЄ ΘΑΝΟΥϹΑΝ
ЄΙΚΟϹΙ ΚΑΙ Є Π ΤΑЄΤΗΝ ΑΦΑΝΙΖЄΙ
ΔΑΚΡΥΟЄϹϹΑ ΚΟΝΙϹ

Descripsi et ectypum sumpsi. Ad ectypum acceptum ab Iuliano Poinssot pauca expedivit S. Reinach *bull. d'Oran* fasc. 7 (1884) p. 103 qui revocat ad *Maatria près de Téboursouk.*

1 extrema umore corrosa sunt neque iuvat ectypum ad ea expedienda. Cetera intelleguntur excepta littera E post πόθον v. 2: Ῥεστιτοῦταν . . πόθον, τῆδε θανοῦσαν εἴκοσι καὶ ἑπταέτην ἀφανίζει δακρυόεσσα κόνις.

Scriptor frusta metrica usurpavit.

579 in tabula lata m. 1,05, alta 0,55, crassa 0,25; rep. Hr. Kern el-Kebsch.

. . . . ❦ S A C R
. . . . *arn.* HILARVS · SVA · PECVNIA · A SOLO
*templum fecit, quod per te*RRAE · MOTVM · DILABSVM
. . . . *arn. ser*VATVS · ET FILI · EIVSDEM · SVA
*pecunia refecerunt eid*EMQ · DEDICAVERVNT

Descripsi a me effossum.

---

580 in basi alta m. 0,95, lata 0,49, crassa 0,45; rep. Hr. Kern el-Kebsch.

D N
M ❦ FL*a*VIO
VALERIO
CONSTANTIO
NOB CAES 292—305
RES PVBLIC
MVNICIPII

Descripsi.

---

2. *el-Khrîb.*

581 in regione, cui nomen est el-Khrîb, unam fere horam progressus ab Hr. Kern-el-Kebsch inter meridiem et orientem in virgultis rudera parva inveni, ubi duos titulos effodi, de quibus unus est hic:

D M S
T RAECIVS SE
VERVS P · V
ANNIS ❦ LXXXX
PROFVIT EN TIBI QVOT FANA COLVISTI DEORVM
IAMQ · TVA CONSTAT PIETAS GLORIOSA SEVERE
VIXISTI CVRSVM VITAE BONITATE REPLESTI
*pla*CIDVS IN MEMBRIS OCVLIS ET CORPORE SANO
NVNC CAMPOS COLIS ELYSIOS HERBASQ·VIRENTES
*flor*IB · ASPARSVS IACES EX PRATALIBVS ARVIS
NEC MINVS ET LVCI FRVERIS CVM FAMA SVPERSIT
ERGO VALE MVLTVMQ BONE PIETATIS ONVST*a*
HOS VERSVS TIBI SANCTE NEPOS VICTORQ·DEVOVI
MVNERA QVOS MISI TVO NAM TVMVLOQ DICAVI
H S E

Descripsi et ectypum sumpsi.

Profuit en tibi, quot fana coluisti deorum,
Iamq(ue) tua constat pietas gloriosa, Severe.
Vixisti, cursum vitae bonitate replesti
[Pla]cidus in membris, oculis et corpore sano.
Nunc campos colis Elysios herbasq(ue) virentes,
[F]l[or]ib(us) asparsus iaces ex pratalibus arvis;
Nec minus et luci frueris, cum fama supersit.
Ergo vale, multumq(ue) bon(a)e pietatis onust[a]
Hos versus tibi, sancte, nepos Victorque devovi
Munera, quos misi tuo [i]am tumuloq(ue) dicavi.

Versus aetatis inferioris artem prae se ferunt.

13. *Victorem* defuncti nepotem nominari et 14 *quos misi. Tuo nam* cet. ferri posse putat Mommsen.

LXIX. MVSTI (*Hr. Mest* sive *Hr. Sidi Abd er-Rebbû* p. 192).

582 Hr. Sidi Abd er-Rebbû, litt. 0,055.

NOBILISSIMO STATV DOMINORVM PRI*ncipum nostrorum ualenti-*
N*i*ANI ET VALENTIS PERPET AVGG TO*tum orbem ad statum pristinum*
ATQVE PERFECTVM DISPONE*ntium* .... *proconsul*
E AFRICAE *i*VDICI SACRARVM QVO*que cognitionum*.............
CVRANTE *fl.* RESPECTO LVC*u*LLO FL PP ....

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 28.

2 init. NTANI. — 4 TVDICI. — 5 CVRANTE IM traditur.

---

583 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

D M S
C*n* CORN DA
TVS DEC SACER
DOS CEREALI
VM ARC AED
PREF IVRIS D
PRO II VIR HO
MINI BONO
P V A LII
H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 23.

2 init. CI traditur. *Cereales*, pro quibus sane expectes *Ceriales*, in titulo, quem infra edam in auctario, Bisicensi inveniuntur cum decurionibus similiter coniuncti atque extra Africam saepissime Augustales vel nonnunquam fabri vel corporati alii. Videntur igitur eiusmodi collegia in Africa constituta esse permissu senatus. Quocum bene convenit, quod hic *sacerdos* et infra n. 587 *patronus* eorum commemorantur. In *arc..* quid lateat, frustra quaesivi: nam vocabulum servile *arcarii* procul habendum est. Fortasse aliquo modo id ipsum significatur quod legitur in Brixiana V, 4428: *VI vir. Aug. soci, quib. ex permiss. divi Pii arcam habere permiss(um).*

584 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

D M S
Q · COSSV
TIVS I FIL
FORTVN
NIANVS
SAC P P V A
LXX H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 26.
Repetivi ut editum est. — 4 seq. erit *Fortun*[*at*]*ianus*. — 6 *sac*(*erdos*) *p*(*ublicus*).

585 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

D M S
L FABIVS L F CORNELIA
FELIX DECVRIO M M P V A
XX M III DIE VNO
H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 23.
3 *m*(*unicipii*) *M*(*ustitani*).

586 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

D M S
L FABIVS L F COR
FORTVNATVS
D*e*C M M *fl* AM
AEDIL *q*. P V A XXXV
H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* a. 1883 fasc. VIII p. 25.
4 DIC MM AM traditur. — 5 item AEDILO.

587 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

D M S
Q IVLIVS TER
TIVS VRBANVS
PATER TOT FAS
CIVM ET FL PP
PATRONVS
CEREALIVM
VIXIT ANNIS
LXXXVIII
H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 20.
2 Q IVLIVS S TER traditur. — 4 [*pater tot fascium* est liberos habens complures usos magistratibus municipii cum fascium honore coniunctis. Similiter dicitur C. n. 2756 *legio tanta III Augusta*. Th. M.]

588 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

D M S	D M S
C O R N E	S E X *sem*
L I A L F	P R O N *i* V *s*
B O N I F A	S A T V R N I
T I A C A T	N V S D E C
O S I N A	FL AED P V
P V A LXXXV	A L X X X X V
H S E	H S E
	D M S
	S E M P R O
	N I A I A /
	LIA P V A I
	M I H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 21.
3 PRONV traditur; est *sem*PRONVs. — 5 seq. agnomen corruptum videtur esse.

589 Hr. Sidi Abd er-Rebbû.

vir et mulier in lecto, tabula, Amores duo serta tenentes.

D M S	D M S
CAELIA BONO	P FLAVI
SA MAFICA	V S P F
OBSTETRIX MA	C O R N
RITA CASTISSI	F E L I X
MA ET PVDICIS	P V A
sima V I X I T	L X X V
*anni*S XXXXII	M V I
M III H S E	H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 28.

LXIX*a*. *Hr. Kef el-Asreg.*

Rudera quae supersunt in collibus dictis Kef el-Asreg Thibursico 20 fere chiliom. distantia meridiem versus primus, ut videtur, exploravit E. ESPERANDIEV ductor Gallus. Ex titulis, quos is ibi excepit, hic referam tres.

590 in lapide alto m. 0,35, lato 2,35, litt. 0,10; rep. Hr. Kef el-Asreg.

VIRTVTI · AVG · SACR

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 15.

591 Hr. Kef el-Asreg.

☧ α|ω
corona laurea
IN NOM DOM
≚EPELVTTA
*i*ANVARIA

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 14.
3 init. I a lapicida omissum in lapide litterae A subscriptum est.

---

592 Hr. Kef el-Asreg.

IN *n*OMI
NE CRS
ROGAT
IVN R
IN PAC

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VIII p. 15.
1 IN OMI traditur. 3 seqq. *Rogat(us) Iun(ior) r(equievit)* cet.

LXX. THACIA (prope *Bordj Messaûdi* p. 196).

593 in basi alta m. 1,70, lata 0,50, litt. 0,06; rep. Bordj Messaûdi.

INVICTISSI
MO *d. n.* MA
RCO FLAVIO
*c*O*nstan*TIN
o / / / / / / / / /
E / / / / / / / / /
*municipi*VM
TH*aciensi*VM
NVM MAIES
TATIQVE EIVS
deuotum

Nobis misit I. Poinssot, ad cuius exemplum edid. Tissot *troisième rapport* p. 7.

LXX*a*. *Hr. el-Kedîm.*

594 Rudera dicta Hr. el-Kedîm distant Sicca 13 chiliom. orientem versus.

DEO SOLI
HONORI ET
VIRTVTI
PRO SALVTE

Roy et Grébus apud Cagnat *rapport* II p. 148 n. 242.

LXXI. CASTELLVM . . . . . . (*Nibber, Hr. Sidi Merzug* p. 196).

In radicibus montis, qui contra Arabum oppidulum situs est quod dicitur Nibber, circa sanctuarium Sidi Merzug exstant rudera antiqua haud mediocria, quae ad castellum, cuius nomen latet, pertinuisse constat. Commemoratur enim in titulo ibi reperto n. 595 *fl(amen) p(er)p(etuus) II vir col(oniae) Sic(cae)* idem *pr(a)ef(ectus) caste(lli)*. Neque vero propterea coniciemus castellum illud Siccae attributum et a praefecto a Siccensibus misso administratum esse.

595 Hr. Sidi Merzug.

D · M · S ❧
C · PACCIVS · RO
GATVS · FL · P · P ·
II · VIR · COL · SIC
PREF · CASTE
V · A · LXXVIII · H · S · E

Cagnat *rapport* II p. 49 n. 56.

[Cf. titulus Formianus C. X, 6104: *Carthag(ine) aed(ilis), praef(ectus) i(ure) d(icundo) vectig(alibus) quinq(uennalibus) locandis in castell(is) LXXXIII.* Th. M.]

---

596 Nibber.

D S M
M CLODIVS
BARIHA
V · A · LQ sic
H · S · E

Cagnat *rapport* II p. 51 n. 62.

LXXI*a*. MASCVLVLA (*Hr. Gergûr*).

Rudera, quae nunc ab indigenis appellantur Hr. Gergûr, tribus chiliom. disiuncta sunt septentrionem versus ab Hr. Tuiref sito in via, qua hodie Sicca itur Simitthu, et inde 20 fere chiliom. distante; ab Hr. Sidi Alî ben Abdallah eadem distant duobus fere chiliom. orientem versus. Nomen eorum antiquum Masculula primum cognitum est ex titulo n. 597. Cives Romani et Numidae ibi consistentes, cum reipublicae forma propria carerent, canabariorum in modum conventum faciebant (cf. Mommsen *die römischen Lagerstädte* Hermes VII, 299 seqq.). Ex quo num postea vicus vel oppidum factum sit ignoratur. Punicas inscriptiones complures ibi excepit R. Cagnat. Titulis Latinis ibidem repertis, de quibus hic non refero nisi graviores, adieci unum oriundum ex Hr. Bu Allûsch Mascululae vicino. Magistratus huc usque non prodierunt (adest solum n. 599: *omni[bus] hon(oribus) func(tus)*), sed *flamines perpetui* n. 599 et 600 et *sacerdotes* vir n. 600, femina n. 601.

597 in columna loco antiquo reperta Hr. Gergûr.

D I V O · A V G V S T O
S A C R V M
C O N V E N T V S
C I V I V M · R O M A N O R
E T · N V M I D A R V M · Q V I
M A S C V L V L A E · H A B I T A N T

Cagnat *comptes-rendus de l'acad.* 1881 p. 73 et *revue crit.* 1881 n. 18 p. 352 et *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 113 n. 135.

598 Hr. Gergûr.

i u l i a e a u g u s t a e
L S E P T I M I S E *u e*
R I P I *i* P E R T I N A C I *s*
A V G C O N I V G I
I M P *p* C A E S A R *u m*
M A V R E L I A N T O N
n i p i i f e l. a u g. e t
p. s e p t i m i g e t a e
a u g. m a t r i

Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 114 n. 136.

599 Hr. Bu Allûsch.

D I S · M A N · S A *c r u m*
L · C A L P V R N I V S · S O . . .
F L A M · P E R P · O M N I *b u s*
H O N · F V N C · P I V S V I X *i t*
A N N · L X X X V I I
H S E

Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 109 n. 128.

600 Hr. Gergûr.

D I S · M A N I B V *s*
S A C R V *m*
G A L L V S S E C *u n d u s*
S A C E R D O *s*
V I X I T A N / *positum*
A · S E C V N D O F L *pp.*
E T · V I C T O *re fil.*

Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 122 n. 149.

601 Hr. Gergûr.

/ E S / / M I / S V N E S · F I L
S A C E R D O S · M A T H A M
O D I S · P I A · V I X I T
A N N I S · L X X X V I
H S E
D M S
M A M M V S · S I S S O N I E S
F I L I A I · P I A · V I X I T · A N N I S
L X X X V · C V R A N T E · A V
r E L I O · B A S T R E S I · F I L I O

Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 119 n. 146.

602 rep. Hr. Gergûr; nunc Kef in museo.

D · M · S	D · M · S
sic N A M G I D I	C R I S P V S
F I · B A R I B C E	S P V R I N A
L I S · S A D V	S I L V A N V
N I S · F I L I V	S · F E C · V I X
S · S I L V A N	A N I S
V S · F E C · V I X ·	L X X X V
A N I S L X X X X V	H · S · E ·

Descripsi. Edid. Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 121 n. 148.
2 *Namgid*[*e*].

603 Hr. Gergûr.

D M S	D *m* *s*
NAMGIDE	M I G I N
N A M P A	NAMGIDE
M O N I S F	NIS · FILIVS
V I X I T A N	V I X I T A N
N I S X X X I	IS · XV · CVRA
	M V M E I V S
	H S E

Cagnat *rapport* II p. 72 n. 120.

II, 6 seq. dum recte excepti sint, coniciam: *cura*(*nte*) *mu*[*n*](*umentum*) *eius*, scil. matre Namgidene.

LXXII. SICCA (*el-Kef* p. 197. 938).

604 ad n. 1631: Recognovi nunc positum in pavimento aulae hospitii, quod d. *hôtel de France*, ante scalas. 1 fin. SEPTIMI · SEVER*i*

3 seqq. TONINI PII FILIO //
/ /
O' ONIA IVLIA VENERIA CIR

5 seq. = *c*]*olonia Iulia Veneria Cir*|[*ta Nova Sicca* cet.

605 ad n. 1635: Recognovi. 1 IMP CA*es*. — 6 *tr*IP POT.

606 ad n. 1636: Recognovi. 5 IVL mihi certum visum est.

607 ad n. 1637: Recognovi *a b c e f g*, non repperi *d*. — *g* sic excepi: |VINGIENVMIDITL G·|; in fine ante G spatium videtur vacare; erit: *pro*VINCIE NVMIDIE L G.

608 ad n. 1638: fragm. *b* sic excepi: II VIRO QQ
*fl*AVIO V
/ / / / / / /

609 ad n. 1640: Lapis nunc est Parisiis in museo. Contuli ectypum, quod mihi misit Héron de Villefosse. 2 init. Γ· (in Corpore Π· errore typothetae). — 7 init. M (Wilm. falso Π) ΟΥΛΠΙΟΥ. — Titulum Amastrianum C. I. G. 4151: Οὔλπιον Ἀραβια[ν]ὸν τὸν λαμπρότατον ὑπατικὸν [π]ρεσβευτὴν καὶ [ἀν]τιστρατηγὸν τ[οῦ Σ]εβαστοῦ Συρίας Παλαιστείνης κτλ.. contulit Renier *comptes-rendus de l'acad.* IV, 2 (1874) p. 199, recte.

610 ad n. 1642. [3 Emenda *L. Annius L. f. Qu*[*ir.*] *Fidelis mil. le*[*g*]. *III Augus*(*tae*) *Vin*[*a*]. Th. M.]

611 in lapide alto m. 9,49, lato 9,66, crasso 9,47, litt. 0,125; rep. Kef in curte parietinarum quae dicuntur Ksar Hambderumiah.

GENIO
SENATVS

Descripsi a me effossum.

612 in lapide alto m. 1,0, lato 1,05, rep. Kef in Arabis cuiusdam aedibus.

FORTVNAE REDVCI AVG
IMP CAES M AVRELII SEVERI ALE
XANDRI PII FELICIS AVG PONTIF
MAX TRIB POTEST XII CoS III P P a. 233
ET IVLIAE MAMMAEAE A*u*G *matri*S AVG
NOSTRI ET CASTRORVM ET SENATVS
ET PATRIAE TOTIVSQVE DOMVS DI
VINAE SPLENDIDISSIMVS ORDO
SICCENSIVM DEVOTVS NVMI
NI MAIESTATIQVE EORVM D D P P

Descriptum a Roy Siccensi edidit Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 36.

4 trad. VII. Titulus spectat ad reditum imperatoris de expeditione contra Persas facta cf. III, 3427.

613 in summo monte qui dicitur Dj. el-Mezareg, qui ubinam sit ignorans Siccensibus titulum attribui.

IOVI
OPTIMO · MA
XIMO · CAPIT
M · SEIVS SALV
VS . FECIT

Descripsi ad ectypum mihi subministratum a Cagnato, qui edidit *rapport* II p. 150 n. 246.

614 Kef, in hortis Roy.

MATRI
DEVM
MAGNAE
SACRVM

Descriptum a Roy edid. Cagnat *rapport* II p. 56 n. 75.

615 in lapide alto m. 0,64, lato 0,90, crasso 0,45, litt. 0,11—0,10; rep. Kef in domus privatae ruderibus EGO; *Dar Oudia* ROY.

tito CAESARI
*imp. u*ESPASIANI
*a*VGVSTI FIL
d. d. P · P

Descripsi. Descriptum a Roy ed. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 186 n. 2.

616 Kef rep. *près de Bab Cheurfia* ROY [1]; *près du rempart, non loin du théatre, d'où elle provenait peut-être* ROY [2].

*i*MP · CAES · DI*ui traiani parthici fil.*
DIVI NER*uae nepot. traiano*
HADRIA*no aug.*

Descriptum a Roy edid. Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 290 n. 132, iterum Cagnat *bull. épigr. de la G.* III (1883) p. 187 n. 3.

617 Kef.

pro salute?

IMP CAES L SEPTMI SE
VERI PII PERTNACIS AVG ARA
BCI ADABENICI PARTHCI MX
FOR*ti*SSIMI FELICISSIMI PR*inc. et*
IMP CAES M AVREL ANTO
NIN PI AVG FELICIS *fili eius*
DIVI M ANTONIN PI*i nepot.*
DVI ANTONINI PII *prone*
pot. DIVI HADRANI*i*
*abnepot. d*I*ui* T*r*AIANI
PARTHIC*i et diui ne*RVAE
adnepot. d. d. P · P ·

Descriptum a Roy ed. Cagnat *bull. épigr. de la G.* III a. 1883 p. 188 n. 6.

1 titulum supra fractum esse non traditur. — 6 huius versus litteras reliquis minores esse monet Roy; fortasse lapicida eum aut per neglegentiam omissum postea inseruit, aut erroribus suis corruptum delevit et emendavit.

---

618 Kef.

DIVO M AV
COMMODO
NINO DIVI M
V ANT FEL
V SEPT
PII PERTINACIS
BICI ADIABEN
CI MAXIMI PAT
M AVRELI ANT
//////////
//////////

Ad exemplum Royi edid. Cagnat *bull. épigr. de la G.* III a. 1883 p. 187 n. 5.

Divo M. Au[*relio*] | *Commodo* [*Anto*]|*nino, divi M. A*[*ureli* | *Antoni*]*n*[*i f*[*i*]*l.*, [*fratri* | *imp. Caes. L.*] *Sept*[*imi Severi*] | *Pii Pertinacis* [*Aug. Ara*]|*bici Adiaben*[*ici Parthi*]|*ci Maximi, pat*[*ris imp. Caes.*] | *M. Aureli Ant*[*onini Aug.* | *et L. Septimi Getae nobi*|*lissimi Caesaris*] . . . .

---

619 Kef.

*quod felicissi*MORVM INVICTISSIMORVMQ PRINCIPVM CVM TOTVS OR*bis romani tum africae nostrae* cet.
*praecipua c*VRA INLVSTRI PROVISIONI PRAECEPIT ORNARI SE . . . .

Descriptum a Roy edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 190 n. 10.

2 corr. *provision*[*e*].

620 rep. Kef prope Ain Menek.

NISI
IENTIO A
*u*IRTVTEM
M / / / /
IA / / PIO
VICTON
VMINIMA
VE EIVS ET
VRASIVS
CRO IVDIC
RDO SICC
NIA P F
CONS

Ad exemplum Royi, quod cum lapide contulit, edid. Cagnat *bull. épigr. de la G.* a. 1883 p. 189 n. 9.

Litteras plerasque, ut in lapide detrito, incertas esse testatur Cagnat. Fortasse tale quiddam subest: *pio [felici in]victo [Aug(usto) devot(us) n]umini ma[iestatiq]ue eius et [singulari c]ura [e]ius[dem fotus et sa]cro iudic[io ornatus o]rdo* cet.

---

621 rep. *à Sidi Abdallah Aghir.* Roy. Ad viam, qua Sicca itur ad Sidi Yûsef a m. sinistra, loco 4—5 chiliom. a Siccae porta distante, conspiciuntur saxa praegrandia sculpta, quae olim arcum constituisse forma ipsa indicat. Animadverti in iis tituli fragmenta haec:

a — *q* VODNONS

b — TEN

c — TE FLAVIO C

Descripsi. Descriptum a Roy ed. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 190 n. 14.

b LEN Roy. — *c curan*]*te Flavio C*.....

---

622 rep. Kef prope Ain-Menek.

. . S · PRAEF · VRBIS *leg.*
aug. PR · PR · PROVINC*iae*
*lu*SITANIAE · I/I1 . . .
*cur*ATOR · VIA FLAMI*nia*
*a san*CTISSIMIS MAXI*misq.*
imp-RAIORIBVS AVGG *nn.*

Descripsi ad ectypum acceptum a Cagnato, qui ad idem et ad exemplum Royi edid. *bull. épigr. de la G.* III a. 1883 p. 190 n. 11.

5 litterae quae sunt post *san*CTISSIM et 6 TORIBVS non satis certae sunt.

623 Kef in sepulcreto Hebraeorum.

MIRAE BONITATIS ADQVE IN
TEGRITATIS VIRO VALERIO ROMANO
V · C · CVRATORI REIP · COL · SICCENSI
VM ET VENERIS OB RESTAVRATVM
DEAE SIMVLACRVM QVOD IAM DVDVM
A LATRONIBVS FVERAT INTERRVPTA
TEMPLI MVNITIONE SVBLATVM
STATVAM VENERII AD PROPAGANDAM
SAECLIS OMNIBVS MEMORIAM
PATRONO FIDO AMORE POSVERVNT

Tituli eximii, de cuius lectione desperavit R. Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 95 n. 83, enucleavi ipse bonam partem calce, qua lapis oblitus erat, tenaci remota. Interea ut totum optime expediret contigit Royio Siccensi Francogallorum consuli *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 289 n. 131 et *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 191, cuius exemplum repeto quarundam litterarum forma immutata.

8 VENERIS Roy[1]. *Venerios* ipsi Siccae cives hic se videntur nominare.

---

624 Kef in moenibus arcis meridiem versus.

D *m* *s*
M CASCELLIV*s* . . . . *praef.*
EQVITVM VIXI*t*

Cagnat *rapport* II p. 63 n. 94.

---

625 Kef *dans la muraille de la Kasbah* (*côté nord*).

Q · IVLIO · C · F · QVR
AQV*i*LAE
EQVO · PVBLICO
ADLECTO · IN QVINQ
DECVRIAS · 7 · LEG · $\overline{\text{I}}$ · ADIV
TRICIS · 7 · LEG · $\overline{\text{XXX}}$ · VLPI
AE · VICTRICIS · 7 · LEG $\overline{\text{X}}$
FRETENSIS
IVLIVS · FIDVS · AQVILA
FRATRI · OPTIMO · DECRETO
ORDINIS · POSVIT · P · P ·
REMISSA

Cagnat *rapport* II p. 57 n. 78.

626 rep. *sur un mamelon situé à 600 mètres environ du Kef, au sud de Bab el-Hani.*

D M S
L · SOMMI
VS · DATVS
MIL · COH
I · VRB · P · V
A · XXXI
H · S · E

Descriptum ab Espérandieu edid. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* 1883 n. VII p. 18.

2 nomen an corruptum sit dubito. — Cf. supra n. 345, infra n. 636 et quae exposuit Mommsen p. 118 seqq.

627 Kef.

NO PROVINCIAI
IVS FAVSTINIANVS PONTIFEX CVR R P

Acceptum a Roy ed. Cagnat *bull. épigr. de la G.* III (1883) p. 190 n. 13. [Potest fuisse *patrono provinciae.* Th. M.]

628 in lapide alto m. 0,50, lato 0,43, litt. 0,015; rep. Kef in aedibus dictis Dar ben Achur, unde prodierunt etiam n. 1641 et 1648. Periit paullo post in opus coniectus.

liciniam seue-
RAM FILIAM LICINI PATERNI SPLENDIDI ET *laudabi-*
LIS VIRI HODIERNA DIE DEFVNCTAM ESSE QVID ET A QVIB*us*
IN MEMORIAM EIVS HONORVM IN PARENTVM IPSIVS CO*n-*
SOLAT*io*NEM FIERI PLACERET L CALPVRNIVS M*a-*
XIMVS ALBINVS SENTENTIAM INTERROGATVS CENSVIT IN V*er-*
BA INFRA SCRIBTA CVM LICINI PATERNI VIRI DE PRIMORIB*us*
NOSTRIS ET VITAE MODERATIO ET MORVM MAXIMVM AC PRACTI*c*
VM TESTIMONIVM IN FOVENDIS ETIAM REI P*u*B NOSTRAE OPIBVS NON
MODICA DOC*u*M*e*NTA EMIC*ent par*ENTVM QVOQVE AC MAIORVM
IPSIVS *eti*AM IN A*edificandi*S EXCOL*e*NbSQ MOENIBVS NOSTk*s*QVE
IN SVSTINENbS ALENbSQ · CIVIBVS EGREGIA ATQ EXIMA LBERALITA*s*
ENITEAT AC PER *h*OC TAMETSI INGENTIS AC MAXIM LVCTVS EIVS
PATERN MINIMA SINT APVT EVM NOSTRA SOLACIA TAMEN AD LENEND*os*
CONPESCENDOSQ DO*lor*IS *i*MPETVS ET AD HONORANDAM ETAM
PVELLAE RVbMAT*u*RAE MEMOkAM CVM C*as*V TkS*ti* *a*BRA*ptae* *e*XI *quio*
EIVS DE PVBL EROGANDO STATVAM //O//////// S PVLCHERkMO *at*Q*ue*
CELEBERkMO PVBL PEC E bEM LICINAE SEVERAE CONSTITVENDAM *ut*
PIETATIS ORDINIS NOSkI ERGA PATERNVM ADFECTO PERPETVO SI*t*
CONTESTATA
d. D

Contuli ectypum, quod mihi misit Cagnat, qui edidit *rapport* II p. 58 n. 79.

5 inter T et N verbi SOLAT*io*NEM cum sit spatium maius quam duabus litteris sufficiens, vitium in lapide hic fuerit necesse est. — 11 AEDFCANbS

ita scriptum hiatum optime explet. — 13 male continuatur particula *ac*, hic enim incipit enuntiatum primarium. — 15 CONPESCENDOS in ectypo mihi certum esse visum est. — 16 *rudima*[*tu*]*rae* vere videtur in lapide esse; in fine actum esse de exequii impensis de publico erogandis mihi certum videtur; supplementa quae temptavi *cum c*[*as*]*u tris*[*ti a*]*bra*[*ptae e*]*xe*[*quio*, ut verba sint ita construenda: *cum exequio eius casu tristi abreptae de publico erogando statuam — constituendam* (*esse*), cum litteris servatis et lacunarum spatiis tam bene conveniunt, ut videantur admittenda esse. [Fortasse fuit *cum casu tristi abrapta sit* similiterve. Th. M.] — 17 erat fortasse: *statuam* [*in l*]*o*[*co civitati*]*s pulcherrimo* cet. Haec enim supplementa lacunae plane conveniunt. — 18 [requiritur *eidem* pro *et idem*. Th. M.]. — 19 ADFECTO traditur et probatur ectypo, scil. pro ADFECtO.

---

629 Kef in horto.

D M S
Q · COSSV
TIVS SENE
CA VIXIT
AN XXIII
DVDDASI
CONTVBER
NALES OB
MERITV
H S E

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. 9 p. 3.

Duddasi contubernales sunt collegium, quale etiam supra occurrit in n. 265: *Decasi sodales*.

---

630 Kef in curte domus privatae, ibi ubi n. 631.

D · M · S ·	
M ANTONI	ANTONIA
VS D F TVRBO	RVFINA P
ROMA DEFV	F VIXIT AN
NCTVS IN MAV	NIS · LXXVI
SOLEO SVO SEPV	DIEBVS
LTVS AT V/TICA	
NVM VIXIT	XXI · H · S · E
ANNIS LXV	

Descripsi.

7 seq. in verbo V/TICANVM utrum inter V et T esset littera an lapidis vitium, mihi non constabat. [Videtur fuisse *at Vaticanum*, nempe urbis Romae. Th. M.]

631 Kef in curte domus privatae, ibi ubi n. 630.

GERRENIA · L · F
BIRIHBAL · V
ANN · LVIII · H S

Descripsi. Cf. Birictbal n. 5392.

---

632 Kef.

D M S
G R A N I A
B I R I C H I
V I X I T A N
LXXXXVI H · S · E

Descripsi.

---

633 rep. in Arabum coenobio Zawiat el-Gaia uno chiliom. disiuncto ab arce Siccensi septentrionem versus.

NVMIDARVM · PRIMA · MVLIERVM
PLANCINA · GENERE · REGIO
BONA · MATER · BONA · CONIVNX ·
HIC · SVM · SEPVLTA ◊ MVLTIS ·
*l*ACRIMIS ◊ MEORVM · AMARIS ·
MATRONA · HONESTA · PRAETER · ALIAS · FEMINA*s*
HIC · SVM · SEPVLTA · EXORTA · GENERE · REGIO
TER · DENOS · ANNOS · ET · TER · TERNOS · FVNCTA · CVRA
BONARVM · FEMINARVM · Q · *a*RRVNTIVS MAS FI*l*

Exscripsi ex ectypo mihi subministrato a Cagnato, qui edidit acceptum a Roy Siccensi *rapport* II p. 151 n. 249.

9 in extremis litterae MA et FI parum certae sunt.

Versus 1. 2. 4. 5 sunt dimetri iambici, 1. 2 acatalecti, 4. 5 catalecti, 6 et 7 sunt trimetri iambici acatalecti, 3 est dimeter ionicus a minore.

---

634 rep. Kef, nunc in museo.

Π Α Ρ Δ Α Λ Α
Ε Υ Σ Ε Β Ε Ι
Β Ι Ω Σ Α Ν Τ Ι Ε
Τ Ε Σ Ι · Λ̄ · Σ Υ
Σ Κ Η Ν Ω Ι · Κ Α Ι
Ε Τ Α Ι Ρ Ω Ι · Τ Ο Υ
Π Α Ν Τ Ο Σ · Β Ι Ο Υ

Descripsi. Missum a Roy edidit Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III, p. 38.

LXXIII. LARES (*Lorbus* p. 209).

Titulum n. 636 Laribus attribui locum proprium unde prodierit ignorans.

635 Lorbus in moenibus aetatis Byzantiae.

CAES
*l*ARES

Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 42.

---

636 Sra Wartân.

d M S	D M *s*
*l iu*LIVS DO	SEX IVLIVS *l f*
*nat*VS MIL	RVFINVS MI*l*
*coh p*ᴾ ∖RB	LEG III AVG P*ius*
*a*NAE PIVS	VIX ANN XL ///
VIX ANNIS	H S E SECV*nd*
XX VI H S E	A MATER H S P S/

Descripsi ad ectypum mihi subministratum a Roy Siccensi. Priorem titulum a me acceptum rettulit Mommsen supra p. 118.

3 suppl. *mil*(*es*) | [*coh*(*ortis*) *p*]*r*(*imae*) *urb*|[*a*]*nae*, quam scimus tetendisse Carthagine. — 7 fin. fortasse *mater h*(*eres*) *s*(*ua*) *p*(*ecunia*) *s*(*ibi?*) [*que?*].

---

637 Lorbus in moenibus.

I R · E
N I · PE
E · FLAM
X · HS C̄
fi? S C O P

Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 46.

LXXIII*a*. AVBVZZA (*Hr. Djezza*).

Rudera quae dicuntur Hr. Djezza sita in territorio gentis Uled Yakûb Sicca distant chiliom. circiter 20 meridiem versus. Ibi fuisse pagum Siccae attributum, cui nomen fuit *Aubuzza,* conficitur titulo, qui inde prodiit, infra relato. Alter ibidem repertus gravissimus, quem Mommseno misit Carolus Tissot, huius syllogae auctario inseretur.

638 in lapide lato m. 4,50, litt. 0,07—0,06; rep. Hr. Djezza.

GENIO COLONIAE IVLIAE ◊ VENERIAE CHIRTAE NOVAE// ....*qui*
AVBVZZA ◊ CONSISTVNT ◊ PAGANICVM ◊ PECVNIA SVA ◊ A SOLO *resti*I VER*unt*

Descripsi ad ectypum mihi missum a Cagnato, qui edid. acceptum a Roy *rapport* II p. 151 n. 248.

1 fin. fuit fortasse: .. *Novae* [*cives Romani qui*] cf. supra n. 597. — 2 *paganicum* esse aedificium pagi publicum ex nomine ipso colligitur.

LXXIII*aa*. CELLAE (*Ain Zuarîn*).

In itinerariis monumentisque ecclesiasticis tria reperiuntur quibus Cellae nomen fuit oppida, unum provinciae Byzacenae, quae in itinerario Anton. p. 50 nuncupantur *Cellae Picentinae*, alterum Mauretaniae Sitifensis (cf. C. p. 747), tertium provinciae proconsularis, ad quod pertinet *Cyprianus Cellensis* episcopus ab Hunerico rege in exilium missus (cf. notitia a. 483 sub n. 49). Cum hoc ultimo coniungendos esse Chellenses Numidas qui nominantur in titulo nuperrime reperto ad Ain Zuarîn Lares inter et Althiburum equidem non video cur negemus. Carolus Tissot enim in litteris ad Mommsenum missis Cellas has revocans ad Κίλλα oppidum commemoratum ab Appiano in Zamensi pugna describenda (bell. Pun. 40) Naraggarae utique pervicinum, vereor ne opinione decipiatur; namque dictus titulus quamquam quo proprie spectet ambiguum est, cum pro termino eum esse nemo non concedat, eo situm oppidi indicari ab loco, quo inventus est, non longe disiunctum mihimet videtur constare, nec verisimile eum eo perlatum esse a loco plus 35 milibus distante. Immo aut Κίλλαν istam ab his Cellis diversam esse aut Appianum falsum rettulisse dicendum erit.

639 rep. ad Ain Zuarîn, *à deux ou trois kil. au N.N.E. d'Ebba, dans le mur d'une maison arabe appartenant au cheik Settaia.*

CHELLENSES
NVMIDAE
P CCCCXLIII ❖

Descripsi ad ectypum mihi subministratum a Cagnato, qui edidit, acceptum a Roy, *rapport* II p. 150 n. 247.

LXXV. *El-Lehs* (p. 210).

Vicum el-Lehs esse antiquam Zamam Regiam opinio fuit Wilmannsi, quae cur nunc videatur abicienda esse exposui supra p. 280 seq.

640 in lapide alto m. 0,50, lato 0,70, litt. 0,04; rep. el-Lehs supra fontem aedium parieti immisso.

IVNONI · LIVIAE · AVGVSTI · SACRVM
L · PASSIENO · RVFO · IMPERATORE
AFRICAM ///// OBTINENTE
CN · CORNELIVS · CN · F · COR · RVFVS
ET · MARIA · C · F · GALLA · CN
CONSERVATI
VOTA · L · M · SOLVONT

Exscripsi ex ectypo, quod mihi misit I. Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* fasc. 4 p. 260 n. 91 et *bull. crit.* IV (1883) p. 239 et *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 150; ad eiusdem exemplum Tissot *troisième rapport* p. 10.

L. Passienus Rufus Africam provinciam sortitus est a. 3 p. Chr. cf. Tissot *bull. d'Oran* fasc. 2 p. 103. [In titulo, quem repetivi non sine calami errore in monumenti Ancyrani ed. altera p. 19, formula adhibita est insolita propterea quod Passienus imperator appellatus neque proconsul Africae recte dici potuit et multo minus imperator Africae. Similiter in lapide miliario aetatis Augustae nuper reperto in Sardinia edito apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1883 p. 429 legitur *obtinente T. Pompio Proculo pro legato,* quoniam *proconsul* quidem, neque tamen *prolegatus* recte dicitur et deficiente substantivo participium adsumendum fuit, cui id quod est pro legato recte applicaretur. — *Cn.* mihi dubitationem movebat, quoniam nusquam quod sciam mariti praenomen solum idque non perscriptum casu genetivo ad uxoris nomen adiungitur; sed ita lapis, legendumque *Gnaei.* — Spatium quod vacat non fuisse scriptum magis crediderim quam quiddam ibi periisse. Th. M.]

---

641 rep. el-Lehs prope Francogallorum castra, in quibus vidi.

magnis et inuictis D D D D N N N N DIOCL*etiano et maximiano perpetuis augg. et constantio et*
. . . . C LE G C V A SOLO C*onstruxit* [*maximiano nobb. caess.*
per l E G N V M I D *icam?*

Descripsi. Exceptum a Danjean edid. A. Farges *bull. d'Hippone* n. 18 p. 69; missum a Roy Cagnat *rapport* II p. 148 n. 243.

2 inter LE et G et 3 inter E et G spatia propter vitium lapidis. — 3 supplementum est Mommseni.

---

642 rep. el-Lehs; ego vidi Siccae apud Roy.

D M S
P RIMVS MIHI NOMEN ERAT DVM VITA
MANEBAT
R EGNAIAR CAES FRAVDATVS LVCE
QVIESCO
I AM SECVRA QVIES NVLLVM IAM VITAE
PERICLVM
M ENS MIHI SANCTA FVIT MAGNA ET
SERVATA VOLVNTAS

Descripsi et ectypum sumpsi. Edid. Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* II (1883) p. 260 seq.

Versus primi duo evaserunt imperfecti, quod nomina defuncti et patriae eius schemati tradito minus conveniebant. V. 4 quid subesset ut certo enuclearem frustra temptavi.

LXXIV. *Planities el-Gharfa* (p. 210).

In planitie quae dicitur B'hairet el-Gharfa latissime patente inde a regione Mustitana vel Thaciensi meridiem versus rudera invenit I. Poinssot ab Hr. Sidi Abd er-Rebbû 8 fere chiliom. distantia ab indigenis dicta Hr. Bu Avitta. Nomen oppidi quod ibi fuit antiqui adhuc ignoratur. Inde paucis chiliometris disiuncta meridiem versus altera inveniuntur rudera, quibus nomen est Hr. Sidi Khalifa. Ubi coloniam fuisse, cuius nomen inciperet a litteris *Fun* . . ., discimus ex titulo infra relato n. 644.

1. *Hr. Bu Avitta.*

643 in lapide alto m. 0,60, lato 1,60, litt. 0,05, rep. Hr. Bu Avitta.

DDD NNN VALENTINIANO VALENT*e* ET GRA*tiano* . . . .
SEXTIO RVSTICO V C PROCONS A*fricae et* . . . .
V · C · LEGATO NVMIDIAE BALNEAE QVAE . . . .
REDINTEGRATE SVNT DEVOTIONE TOTIVS ORD*inis* . . .
5 CVR·R·P·OPVS ET SOLLICITVDINE ET SVMPTIBVS *suis* . . . . .

Mihi misit Iulianus Poinssot; acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 8.

1 VALENTI traditur.

Sextius Rusticus Iulianus, qui iam occurrerat in titulis n. 995 et 1447, cum fuisset magister memoriae a. 367 (cf. Amm. Marc. XXVII, 6, 1 seq.), Africam administravit annis 371—373 (cf. cod. Theod. XV, 7, 2; VIII, 7, 12; XVI, 6, 1). Mortuus est praefectus urbi exeunte a. 387 vel ineunte 388 (cf. Tissot l. l.). Iuvat animadvertere illam regionem, ubi situs est Hr. Bu Avitta, cum postea pars fuerit Numidiae dioecesis, regni Numidici finibus olim fuisse circumclusam videri.

2. *Hr. Sidi Khalifa.*

644 in lapide alto m. 0,45, lato 1,25, litt. 0,05, rep. Hr. Sidi Khalifa.

CAELESTI . . . . *pro salute*
IMP ◊ CAES / / / / / / / / / / / / . . . . *totiusque domus*
EIVS DIVINAE ◊ COLONI ◊ FVN . . . .
CVM COLVMNIS ORNATIS IDEM*que* . . . .

Mihi misit Iulianus Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 8.

LXXVII. ALTHIBVRVS (*Hr. Medeina* p. 213).

645 ad n. 1824 et 1826: Haec fragmenta per litteras me monuit Cagnat in Corpore parum recte edita atque inter se coniungenda esse ita:

imp. caes. diui N E R V*ae* . . . . . DIVI *traiani* . . . .
municipi VM AL THIB*u*RITANVM PEC*unia publica*
ER V C DD P*p*

PARS QVARTA.

PROVINCIA NVMIDIA.

I. THEVESTE (*Tebessa* p. 215. 939).

646 ad n. 1845: Recognovi. 1 init. potest etiam fuisse DAE. — 2 L · AEMILIVS F*e*LIX · REI.

---

647 ad n. 1863: Recognovi. 1 fin. seq. DOM|MINOR (sic).

---

648 ad n. 1887: Recognovi. 10 init. VSVRIS. Itaque vv. 8 seqq. sic fortasse restituendi sunt: [*idem summam*] | *HS L n. cur*[*iae donavit, ut ex*] | *usuris eius* [*quodannis epularentur*] *nata*[*le suo*].

---

649 ad n. 2017 cf. add.: Recognovi. 1 inter T et R nihil deest.

---

650 ad n. 10629: Recognovi. 1 fin. QVI*r*. — 3 fin. seq. AVG · ❯ *a*|GRIPINI · VIX · cet. — 6 fin. videtur ATECINVS vel ATT*i*CINVS. — 7 EQ · LEG cet. — Legendum esse *M. Iulius M. f. Qui*(*rina*) *Maiernus Aug*(*usto*)*n*(*emeto*) monuit Mommsenus supra p. 207 et in eph. Herma vol. 19 p. 8 not. 2.

---

651 in basi statuae Saturni sedentis in solio, rep. Tebessa in fundo m. circiter 500 distante ab oppido septentrionem versus (v. *rec. de Const.* XIX, 455 seqq.).

P · VETTIVS · SATVRNINVS
VETER IOVI · OPTIMO MAXIMO
SATVRNO
V · S · L · A

Descripsi. A. Farges *rec. de Const.* XX (1881) p. 229 et tab. XXVIII.

---

652 in fragmentis duobus rep. Tebessa ibi ubi n. 651 FARGES. Ibidem ego vidi fragmentum prius; alterum periit.

I O M SAC
L VINDICIVS
SA*tu*RNINVS

Descripsi fragmentum prius, utrumque edidit A. Farges *rec. de Const.* XX (1881) p. 237 n. 4.

Fragmentum alterum infra fractum esse non indicavit Farges. *I*(*ovi*) *o*(*ptimo*) *m*(*aximo*) *sac*(*rum*). *L. Vindicius Saturninus.*

653 in lapide alto 0,68, lato 1,04, litt. 0,06; rep. Tebessa.

PRO
SAECVLI
FELICITATE
NEPTVNO
AVG SAC

C. Senart *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* a. 1883 fasc. IX p. 16.

---

654 rep. Tebessa ibi ubi n. 651.

OPI ❦ AVG ❦ SAc ·
A POMPEIVS · DATIVVs
NVMINI ❦ SANCTISSI
MO · PER · ANTISTITIS
IVSSVS DE SVO
FECIT

Descripsi. A. Farges *rec. de Const.* XX (1881) p. 238 n. 6.
4 requiritur *antistites.*

---

655 in lapide alto m. 1,02, lato 0,92, crasso 0,34, litt. m. 0,14—0,11; Tebessa in museo.

V I R T V T I
❦ A V G
S A C R V M
E V A S I V S ıΨı

Descripsi.

---

656 rep. Tebessa ibi ubi n. 651; periit.

L CAECIL SATVRNINVS
PVLEX · SACERDOS · V S L A

A. Farges *rec. de Const.* XX (1881) p. 236 n. 2.

---

657 in fragmentis duobus latis *a* m. 0,70, *b* 0,95, altis 0,30, litt. 0,17; Tebessa in moenibus Byzantiis positis.

a *b*
t. cae|S · AVG · F|·*ue*|SPASIAN|*o*

Descripsi.

---

658 Tebessa in hortis.

D M S
M A X I M A
CAES · N · SER
VIX · AN · V · H · S · E
VICTOR · FIL · P · F ·

Descripsi.

659 Tebessa *dans la partie nord de l'ancienne nécropole* FARGES; periit.

D M S ♡
SALLVSTIA
AVGG ♡ NN
AMNVBI †
·V A XVIII M III
DV IANVA
RIA AVGG
LIB MATER
FILIAE RAR*i*S
*s*IMAE FECIT
Y Y

A. Farges *bull. d'Hippone* XVII tab. II, cf. p. 13 seqq.
[4 fortasse ÆÂTE NVBIL. TH. M.]. — 9 seqq. RARS|IMAE cet. traditur.

IV. VICINIA THEVESTAE OCCIDENTEM VERSVS (p. 243. 945).

1. *Hr. Ksur* (p. 243. 945).

660 ad n. 10681 et 10682: haec duo fragmenta eiusdem tituli esse, secundum priori applicari inferius a sinistra, ex ipsorum figura litterarumque formis collegit A. Farges *bull. de l'acad. d'Hipp.* fasc. XVII a. 1882 p. 17 seqq. Vere alterius fragmenti v. 1 initium fuisse videtur ultimi versus fragmenti prioris, ut fiat [*Constan*]*tino et Eudocia* | *A*(*u*)*gust*[*a*]. Cf. quae de hac adnotavit Mommsen ad n. 10681.

3*a*. *Hallûfa.*

661 *tr. à Mzar dèche, marabout au pied de la montagne d'Halloufa à 6 kil. du bordj d'Halloufa, actuellement encastré à la maison cantonnière de la Meskiâna sur la route d'Aïn Beida à Tébessa. Pareille inscription se trouve encastrée dans un pont près du bordj d'Halloufa* ROUSSET.

nuces pineae tres — duae deorum protomae, figura adorantis — nuces pineae tres

C · IVL · SECVNDVS SACER
DOS · SATVRNI · V · S · L

A S

B ꓭ sic

eques eques

aries aries

Mihi dedit Rousset (Aïn-Beida).

V. Regio inter *Hr. Metkides, Negrîn, Khenschela* (p. 247. 946).

662 n. 2214 extare in ruderibus dictis Hr. bel Qîtan sitis in clivo montis Tafrent inter meridiem et orientem ibidemque esse etiam n. 2312 et 2313, quos Dewulf revocavit ad Hr. Haschâni, ait Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1882 p. 283.

VAZANI (*'Ain Zui* p. 248. 949).

663 Zui.

DIIS CoNSER
VATоRIBVS
SACRVM
/ POPILIVS
. . . . . *u. s.* L A

A. Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 8.

---

664 Zui.

DIIS CONSERVA
TORIBVS I O M
MERCVRIO GE
NIO EXERCITVS
IOR C©BOIID©

Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 8.

5 litteram ultimae O inscriptam H esse ait Farges, E ectypo inspecto Papier. Versus denuo conferatur necesse est. [Fortasse significatur *Iaribolus deus* Palmyrenorum; cf. C. III, 1108. Th. M.]

---

665 in lapide in duas partes scisso rep. Zui.

G R A D I V O
PATRI · GENIO
STAT · VAZA
*n*I · ET · DIIS
CoNSERVAToRIBVS
M · BAEBIVS
S P E R A T V S
COR · PRAE*f*
LEG · III AVG
VOT · S · L
A

A. Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 7 et 9.

4 init. IVI traditur. — 6 M MEDIVS Farges; correxit Papier ad ectypa, ex quibus etiam duo fragmenta coniungenda esse cognovit. — 8 *cor(nicularius) prae[f(ecti)]* cet. — A hanc formam habet λ.

666 Zui.

GENIIS
MARTI VICT*ori et*
MERCVRIO *station.*
VAZA*n*ITANO*rum*
FAVTORIB*us*
SACRV*m*
TIB CL*audius*

Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 10.

Vv. 2—4 fractos esse non traditur. — 4 VAZAIVITANO.

Secundum hunc titulum corrigendus et restituendus est alter n. 10716 talem in modum: *Geni*[*is*] | *Mar*[*ti*] | *Vict*[*ori et*] | *Merc*[*urio*] | *Vazan*[*ita*]|*no*-[*rum fau*]*tori*[*bus* cet.

---

667 Zui.

L MANILI
VS VICTO
RINVS DV*p*
A*l*E F*l* VOT
S L A

Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 14.

3 fin. seq. DV|AE FI traditur fortasse pro DV|AE FL = *dup*(*larius*) *al*(*a*)*e Fl*(*aviae*).

---

668 Zui.

*im*PP · CAESS · L · SEPTIMIO · SE
*uero pe*RTINACI · AVG · PIO · ET · M
*aur*ELIO · ANTONINO · AVG · PIO · E*t*
PRINCIPI · IVVENTVTIS · AVG · N
F*ili* *e*T · IVLIAE · AVG · MATRI · AVG · E · CASTR
M · BAEBIVS · VIC · PR · FL · PP · ADC · SS · BSF

Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 15.

4 et 5 ineunt. in litura repositos esse non traditur, sed cum in ectypo Papier in fine v. 3 certo cognoverit E*t*, constat Getae nomen erasum esse, id quod per se verisimile erat. — 6 cum littera C in ADC unam duasve litteras conexas esse ad ectypum tradit Papier; etiam aliis locis huius versus lectio parum videtur certa.

669 Zui.

ET ONERARI ❧ SE INLICI*tis*
M ATQ ❧ OFICIALIVM EXA*ctionibus*
*d*ECRETI CONCILI QVOD SVCI
*querel?*AS CVM MAGNO ANIMI MEI *dolore audiui*
TEMPORVM ILLORVM QVORVM
FVIT AD NVNC QVIS AEQVO ANIMO *ferat*
*e*XACTIONIBVS INLICITIS QVIBVS
*i*MPONVNT FORTVNIS ALIENIS IMMI*?nere ruinam*
M EXAVRIANT COMPENDIS SV*is*
VAM POPVLI VEL FISCI DEBITI
I PROCERE QVIS NON ET MI
PARENTVM AC LIBERORVM
·*sum*MA EXCIPIT OFICIALES MVNIFI*centia*
E QVASI QVODAM MORE CONSTI*tutum*
*pu*BLICI VECTIGALIS PATERENTVR
*n?*E POSTHAC ADMITTANT
*p*RO DELICTI QVALITATE IN
S DE QVA RE ET PROCC ❧ MEIS *scripsi et*
*pro*VINCIALIBVS INNOTESCERE VO*lui*
CIANT · L · APRONIVS PIVS LEG
. . . .
IIINIVS CIRCA PROVINCIAM SVAM FEC

A. Farges *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 11.

6 KAS ·, deinde ASLTA, ut sit fortasse *Aslita(nae)*, in ectypo legit Mommsen. — Hic *tribunus [k]as(telli) gentis As . . . 7 Fron(tonis?)* certo non est tribunus cohortis nec profecto conferendus cum illo *praefecto cohortis VII Lusitanorum et nationum Gaetulicarum sex* V, 5267, immo *tribuni* et *centuriae* vocabula, ut monet Mommsenus, collato legis coloniae Genetivae capite CIII, quo duoviro coloniae eius eive quem is armatis civibus praefecerit *idem ius eademque animadversio* tribuitur, *uti tribuno militum populi Romani in exercitu Romano* est, hic substituta sunt vocabulis iis, quibus indigenae praefectos militares suos appellabant. — 7 de paganico vide quae adnotavi supra ad n. 638. Fuisse genus thermarum paganorum usui publico destinatum hinc fortasse conicias; verum tamen certo id affirmari nequit. — 8 CHOETE est Graecum κοίτη et pertinet procul dubio ad apparatum balnearium. — 9 fin. litteram L cum post SO errore praetermisisset, cum altera O conexuit quadratarius. — 11 seq. erat fortasse CVRANE Q //EN (nomen gentile per compendium scriptum) SEVERO; deinde *Silvani Vindicis f[i]l. m(agistro) p(agi)*, nam *fl[a]m. p(er)[p](etui)* suppleri nequit, cum genetivus a quo vocabulo regeretur, sic non perspiceretur.

LXXIV. Planities *el-Gharfa* (supra p. 374).

3. Hr. el-Ust.

1262 Rudera, quae indigenis appellantur Hr. el-Ust, sita in montis Bu Kahil clivo meridionali vergente ad planitiem el-Gharfa, a Thaciae ruderibus 8 fere chiliom. distant orientem versus.

1263 in epistyliis duobus altis m. 0,65, longis uno m. 2,20, altero 2,0, litt. 0,10; rep. Hr. el-Ust.

VICTORIIS · AVG SACR · PRO · SALVTE
M · AVRELI · SEVERI · ALEXANDRI · PII · FELI*cis* *au*GVSTI PONTIFICIS MAXIMI TRIB

Mihi misit Poinssot; ed. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 83.
2 nomen imperatoris in litura repositum esse tradit Poinssot.

1264 in fragmentis duobus rep. Hr. el-Ust.

*pr*O SALVTE · IMP · CAES · M · AVRELI · COMM*odi* *a*NTONINI PII FEL*icis aug. germanici sarmatici brittannici pon-*
tif. MAX · TRIB · POTEST · $\overline{\text{XIIII}}$ · IMP · $\overline{\text{VIII}}$ · COS · $\bar{u}$ *desig. ui* PP C ORTIVS / *f.* CI/INIVCI//PRA/.........*cur.* a. 189
*rei f*RVM · Q · Q · SACERDOS PVBLICVS · DEAE · CAELESTIS · ET · AESCVLAPI · ARCVM · QVEM SVO ET C Ort*l* O..... *nomine*
*pr*O PRAECIPVA · ERGA · SANCTISSIMVM · NVMEN RELIG · PROQVE PERPETVO · PATRIAE · AMORE PRO*miserat sua pec. fecit*
*am*PLIVS STATVA IANO · PATRI · PERFECIT · ET · DEDICAVIT · STATVAM · QVOQVE · IN FORO · MAR*sya*E · S........
*o*B · CVIVS DEDICATIONE LVDOS *sc*AENICOS *et e*PVLVM · CVRIIS · ET · CAEREALICIS · EXIBVER*unt*........

Mihi misit Poinssot; ad exemplum acceptum a Prudhomme priorem partem edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 82.
2 POTEST · XIII Prudh.; secutus sum Poinssotium, cum praesertim consulatum fuisse a. 189 hiatus spatium suaderet; deinde Poinssot: C ORTIVS ET CI et quae sequuntur corrupta. — 3 in. ERVM · Poinssot. — in fine idem ET CO/FIO. — 4 in. CO Poinssot. — 5 MAR*sya*E supplevit Mommsen; cf. infra ad n. 1269. — 6 de *Caerealici(i)s* vide ad add. n. 583. 587. 1220.

LXXV. *El-Lehs* (supra p. 372).

1265 in lapide alto m. 0,20, lato 0,35, litt. 0,04; rep. el-Lehs.

*strat*VRAM TOTIVS TEMPL*i*
*sua p*ECVNIA FECERVNT ET

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 255 n. 564.

PARS QVARTA.

PROVINCIA NVMIDIA.

VIII. THAMVGADI (*Timghâd;* supra p. 383).

1266 ad n. 2403. [Vulcacii Rufini, qui in albo ordinis Thamugadensis inter patronos primus est, nuper Romae loco antiquo, scilicet ibi ubi domus eius fuit, prodiit titulus (Lanciani *bull. della comm. arch. com. di Roma* vol. II p. 255) hoc quoque loco adferendus ita ut mea causa eum excepit Christianus Huelsen, quoniam inter reliquas etiam consularis Numidiae dignitas enuntiatur: *Singulari auctoritatis splendore pollenti admirabilisque eloquentiae benivolentie felicitate glorioso cunctarumq. dignitatum fastigia faborabili moderatione iustitiae supergresso Vulcacio Rufino v. c. cons(uli) ordin(ario), praef(ecto) praetorio, comiti per Orientem, Aegypti et Mesopotamiae, per easdem* (lapis *pasdem*) *vice sacra iudicanti, comiti ordinis primi intra consistorium, Numidiae consulari, pontifici maiori ob innumerabiles sublimis benigtatis* (sic) *titulos Ravennates monumentum perennis memoriae in vestibulo domus statuali veneratione dicaverunt ut* (sic). Pessime scriptus est et passim litterae ita deformatae, ut pro L, T, F sit I, E pro F; eos errores hoc loco repraesentare nolui. In fine spatium vacat. Th. M.]

1267 ad add. n. 697: Titulus insignis meliore exemplo et ectypo quoque a Poullio accepto infra emendatius repetetur a Mommseno et commentario illustrabitur.

1268 in lapide fracto supra et infra rep. Timghâd in foro una cum supra relato n. 697 forma et litteris eius simili.

I ORVM IN
//RC\ ///// *p*ERPETRATA
FVERI/ *s*E*ru*ANDA *e*ST QVIQV
C/// PERS//IS NECESSARIIS NE
*got*IIS VENIVNT ETIAM CIRCA
OS PAR FORMA SERVANDA EST
//// /IA IN CARCERE CO*n*STITV
////N DEBENT AB ORDI*n*E CIVI
TATI*i*S VT BREVEM MAGISTRA
tus /AC/////T VIC/VM IPSI*s* ET
*c*VSTODIBVS PREBEAT ACCEPTVM
*a*3 ORDIN 'N E AVTEM PERS

Exscripsi ex ectypo quod Mommseno misit Poulle, qui edid. *rec. de Const.* XXII a. 1882 p. 402 n. 163.

4 in. prima littera est aut C aut O aut Q. — A semper sic est A.

Videtur esse altera pars edicti ab Ulpio Marisciano praeside provinciae promulgati. Intelleguntur haec fere: ... *orum in* .. *rc* ...... [*p*]*erpetrata* , *fueri*[*t, s*]*e*[*rv*]*anda est; quiqu*(*e*) | *c*.... *pers*..*is necessariis ne*|[*got*]*iis veniunt, etiam circa* (*h*)*os par forma servanda est* . | .... [*? it*]*a in carcere co*[*n*]*stitu*[*i*] | [*tame?*]*n debent ab ordi*[*n*]*e civi*|*tat*[*i*]*s, ut brevem magistra*|[*tus*] . *ac*.... *t uic* . *um* (fortasse *magistratus faciat et victum,* ut vidit Mommsenus) *ipsi*[*s*] *et* | [*c*]*ustodibus pr*(*a*)*ebeat acceptum* | [*a*]*b ordin*[*e*] . *in* .... *e autem pers* ....

1269 in columna sexangula alta 0,23, lata in unoquoque latere 0,19, litt. 0,012; rep. Timghâd.

*pr*O SALVTE · ET VC
TORIA · IMP · NER
VAE · TRAIAN · CAES
AVG · GERMANICI ·
DACICI · CONDITO
RIS · COL · T · FLAVIVS
FELIX · CONDVCTOR
QVINTARVM MR
/YAAI/PET/

Exscripsi ad ectypum, quod cum exemplo Duthoitiano Mommseno misit Poinssot, qui edid. *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 91 (cf. *revue crit.* a. 1884 p. 238).

5 seq. cf. C. p. 259. — [Quintae meminit constitutio Valentiniani III a. 445 (Nov. tit. 18, 1 c. 2) de Numidia et Mauretania Sitifensi tractans: *quinta etiam, quae in privilegiis domus pietatis nostrae vel necessitudinum nostrarum resedit* (codd. *recedit*), *superfundatus cunctis possessoribus, ut promissa summa, quae ad arcani defundenda est, impleatur.* TH. M.] — 9 sYMIPEP Duthoit; secundum ectypum est aut *s*YMI/PET aut *s*YAAI/PET. [Lege *Marsyan*, deinde fortasse *s(ua) p(ecunia) f(ecit) et [dedicavit]*. Vide similem titulum Verecundensem n. 4219 quaeque ibi adnotata sunt et supra n. 1264. Vides hic quoque dedicationem Marsyae cum coloniae constitutione coniungi. TH. M.]

1270 tabula a. m. 0,53, lata 1,08; rep. Timghâd in pavimento fori.

QVI · EVEN

VENARI	avis	LAVARI
LVDERE	caput	RIDERE
OCC EST	asini	VIVERE

SINVSO

Descriptum a Duthoit ed. Poinssot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 92.

VAZAIVI (*Ain Zui;* supra p. 378).

1271. Collatis ectypis titulorum supra relatorum n. 663—666 et 669 roganti mihi officiosissime subministratis ab Alexandro Papier Hipponensi cognovi lectiones traditas ab eis qui primi hos titulos ediderunt in n. 665 v. 3 seq. VAZAIVI et n. 666 v. 4 VAZAIVITAN*orum* immerito me in dubium revocasse, nimirum nimis confisum exemplis Masqueraii titulorum in Corpore editorum n. 10716 et 10718. Nomen igitur stationis fuit *Vazaivi*. Praeterea excussis ectypis haec habeo quae addam.

1272 ad add. n. 663: ex ectypo sic excepi initium:

V
N I/ / A/
d IIS CONSE*r*

— 4 seq. POPILIVS
AII

1273 ad add. n. 664: 4 EXERCITVS. — 5 TORC©BOTID© quod cum videatur legendum *Torchoboti deo,* quomodo explicandum sit, ignoro. — Deinde nonnulla perierunt lapide fracto.

1274 ad add. n. 669: 6 in. VIT (F qui ediderunt videntur ex coniectura addidisse). — 12 PARENTIVM. — 20 fin. LEG · AVG. — 21 erasus est. — 22 init. IIIA · EIVS CIRCA cet. — Lapis infra fractus est, ut nonnulla possint periisse. — C et G in hoc titulo vix differunt.

XI. OASES INTER AD MAIORES ET LAMBAESEM (supra p. 391).

1275 ad add. n. 705*a*. [Addendi tituli duo Graeci, alter urbanus (C. I. Gr. 6015) anni 236, in quo est T. Αὐρ. Ἡλιόδωρος Ἀντιόχου Ἀδριανὸς Παλμυρηνός, alter exceptus Aeritae in Trachonitide (Lebas-Waddington n. 2440): Ὠγένει Ἀδριανὸς Παλμυρηνός. TH. M.]

XII, 1. CASTRA LAMBAESITANA (supra p. 392).

1276 in lapide alto m. 0,95, lato 1,13, litt. m. 0,07, in laterculo 0,015; effossus Lambaesi intus in praetorio.

(*Textum vide pag. seq.*)

Contuli ectypum, quod Mommseno misit Poinssot. Idem accepit exemplum ab A. Poulle. Descriptum a Duthoit ed. Poinssot in *bull. d'Oran* a. 1884 p. 204 et *revue critique* a. 1884 p. 239.

Pag. *a* 16 in. ANNIVS Duthoit. Secundum ectypum est /ANNIVS. — 19 cognomen videtur esse aut *Cor*[*vus*] aut *Cor*[*ax*]; RVS//// Duthoit.

Pag. *b* 17 ante numerum IIII dubito, an exstet nota cohortis talis Ↄ. — 23 fortasse *Ae*[*mi*]*lius Magio.*

Pag. *c* 12 fortasse *Prom*[*p*]*tus.* — 14 fortasse *Mag*[*nus*], nam post G in ectypo videtur esse N. — 24 cognomen in ectypo dispici nequit.

Pag. *d* 14 videtur *Aetrill*[*ius*], deinde *Furennianus* Duthoit; est fortasse FVRENNIANVS. — 18 cognomen corruptum est, sed ectypum ad id enucleandum non sufficit.

Quomodo cum eis, quae de legionum centurionibus hucusque cognita sunt, hoc monumentum insigne conciliandum sit, hoc loco non quaeremus. [Praeter evocatum unum, de quo dixi supra p. 150 hoc ipso titulo citato, recensentur in laterculo *primi ordines et* reliqui *centuriones* numero LXIII, scilicet quinque in cohorte IX, seni in cohortibus II. III. IV. V. VII. X, septeni in I et VIII, octo in VI. Egi de laterculo apud Poinssotium in ephemeridis fasciculo mox prodituro et discrepantiam numerorum eo revocavi, quod in cohorte IX unus locus tum forte vacabat, ibi autem ubi nomina iusto plura reperiuntur, centurionibus eo ipso quo monumentum factum est tempore mutatis tam qui exibat quam qui intrabat ad impensas monumenti contribuerunt, eo maxime usus, quod in ipso principio adsunt duo primi pili. — *Primi ordines* ubi desinant et *centuriones* vulgares ubi incipiant, parum constat; cf. huius Eph. vol. IV p. 239. TH. M.]

IMP · CAES · M · AVRELIO
ANTONINO · AVG · DIVI · AN
TONINI · FIL · DIVI · HADRIAN · NEP
DIVI · TRAIANI · PART · PRONEP · DIVI
NERVAE ABNEP · TRIB · POT · XVI COS III a. 162
PRIMI · ORDINES · ET · CENTVRIONES
ET · EVOCATVS · LEG III AVG · DEDIC
D · FONTEIO · FRONTINIANO · LEG · AVG · PP · COS · DES

COH I	COH III	AELIVS · V · ISIDORVS	VII	VIIII
SATRIVS · CRESCENS · P · P ·	SVLPICIVS · OLYMPILINVS	VALERIVS TITIANus	NAEVIVS CASTVS	IVLIVS VRBANVS
GIGENNAVS · VALENS · P · P ·	IVLIVS · PROVINCIALIS	CLAVDIVS BASSus	AELIVS IANVARIVS	DOMITIVS FVSCANVS
AVRELIVS · GEMINVS	AELIVS · LEPIDINVS	CLAVDIVS PROM/IVS	IVLIVS IVLIANVS	DOMITIVS NIGER
IVNIVS · VERVS	VINniuS · MASCEL ·	TERTIVS MAC///	MAECIVS PROBVS	VLPIVS EMERITVS
VERANIVS · CANDIDVS	ATIDIVS . AVSTER	PROBINIVS CANDiDVS	AETRILI/// FVR//NIANVS	MINICIVS CENSOR
CVPRONIVS · SECVNDVS	ANTONIVS · MODERATVS		IVLIVS ACCEPTVS	
ANNIVS PRISCVS		VI		
COH II	IIII	VITELLIVS AEDILis	VIII	X
AVRELIVS · GENIALIS	PVBLILIVS · HORATIANVS	TERENTIVS SATVRNINVS	AELIVS ALVECRATIANVS	IVLIVS AFRICANVS
ANNIVS · COR///	VARIVS VALENTINVS	MAMIVS PROBVS	FLAVIVS IVVENALIS	LVRIVS SATVRNINVS
CLODIVS · CRESCENS	M · ANTONIVS CLEMENS MISS	PLOTICIVS FELIX	THORANIVS POTITVS	AETRIVS RVFINVS
CEIONIVS · RVFVS	CALVISIVS IVNIANVS	LICINIVS EMERITVS	BVCCIVS MONTANVS	AELIVS AMANDVS
ANTONIVS · ////VS	PETILIVS PAVLVS	PETILLIVS FAVSTVS	ANTONIVS NEREVS	CORDIVS ASCLEPIODORVS
PATIVS · FIRMVS	AE/LIVS MACIO	MENONIVS VARRO	PVTIVS CLEMENS	FALTONIVS IANVARIVS
		AELIVS TR///BVS	ANTONIVS VALENS	LIBELLIVS PRIMITIVOS EVOCATVS

1277 in fragmento alto 0,33, lato 0,50, litt. 0,06; effosso Lambaesi ad portam castrorum septentrionalem.

. . . . *qui* MILITARE COEPERVNT
. . . . *aspre*NAT*e* II ET LIBONE COS a. 128
*et l. neratio marcello et p. iuu*ENTIO CELSO II COS a. 129

Descriptum a Duthoit ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 208 n. 480.
2 in. NATO traditur.
Accedit ad titulos quos supra p. 4 composuit Mommsenus.

XVII. LAMASBA (*Hr. Meruâna?* C. p. 445. 956).

1278 ad n. 4437. 1 GENIO LAMSO vere esse in lapide, 2 in. ante AVG duas fere litteras corruptas esse testatur Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 219.

1279 ad n. 4440. Initio laterculi Masqueray dicit in ectypo se dispicere *Matricerigauda,* non *Matricerda;* cf. *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 223.

1280 Hr. Mafuna una cum n. 4436. 4437.

D M *s*
L VOLVNTIL*i*O
L FIL PAP FRONTO
NI VIRO FORTI
VIX AN LXXV MIL*a.*
VOLVNTIL*i*VS PINETV
ET VOLVNTIL*i*VS TERTV*llus*
PATRONO B M

Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 220.
2. 6. 7 VOLVNTILL- pro VOLVNTILI- Masq.

1281 Hr. el-Abîd (cf. C. n. 4458).

CON
IVNX CONIVGI CARIS
SIME VIVOS VIVAE TV
MVLVM CONSTITVIT
DEDICAVITQVE MEMO
RIBVS FVTVRIS HERE
DIBVS COMMVNIBVS
POST MORTEM NOSTR N
SCRIBERE QVOD NVME
RO ANNOS EXEGERIMVS

Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 221.

XIX. TVBVNAE (*Tobna* p. 453).

1282 ad n. 4485. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 226 titulum inventum *dans un mur du moulin de Barika* sic excepit: M VALERIVS M F PA|P/////// SCRI|BONIANVS OB HO|NOREM II VIRATVS | PRAETER LEGITI|MAM DE SVO POSVIT | DEDICAVITQVE || L VALERIVS M F | PAPI/// /// RVFI|NVS SCRIBO|NIANVS AE|DILICIVS ////|///// SVA PEC | DE*dicauit*

1283 in fragmento litt. m. 0,16; rep. Tobna.

DIV
p|*a*RTH
c|OS I

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 225.

1284 rep. Tobna.

REP ///T
L AVRELIVS C
/// VETVST
LEG III AVG

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 226.

Lapis et male exceptus est neque ubi fractus sit indicatur.

XXII*b*. NARAGGARA (*K'sîba Mrau;* supra p. 415).

1285 addo titulos Latinos Naraggarae repertos praeter supra editos mihi in promptu esse neque tamen edi tres, quos ex schedis Leroux ductoris Francogalli excerptos Mommseno misit Villefosse; deinde editos a Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1883 p. 301 seq. undecim; item alios undecim a me ipso descriptos.

XXV. MADAVRA (*Mdaurusch;* supra p. 418).

1286 Mdaurusch.

D M S
C IVLIVS IVLIA VICTORIA
P V A LXXXXI P V A CX
IVLIA //// C IVLIVS DONATVS
P V A VIII P V A XLV
H · S · E
C · IVLIVS, VICTORINVS TESTARIVS
PARENTIBVS SVIS FECIT

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1883 p. 292 n. 269.

7 [*testarius* mihi est qui in glossario Stephaniano memoratur *fictiliarius* = ὀστρακοποιός. TH. M.]

XXX. THVBVRSICVM NVMIDARVM (*Khamisa;* supra p. 421).

1287 in basi alta m. 1,0, lata 0,40; rep. Khamisa.

Q · A V I A N I
VS · M · F · QVR
M A R C E L
LVS · PESCEN
N I A N V S
DECVRIO · AEDIL
MVNICIPI · DEC · *et* ·
AED · COLONIAE · SIC
CENSIS · PRAEF . I · D
II VIR · AD*i*ECTIS · AM
*pli*VS AD LEGITIMAM ·
*summ*AM II VIRATVS
. . . . . MIL · N · PECVNIA
. . . . ORDI
. . . . AVIT
*idemq. dedica*VIT

Goyt *rec. de Const.* XXII a. 1882 p. 302 n. 22.
7 traditur DEC · II; emendavi ego. — 10 ADLECTIS traditur.

XXXI. THAGASTE (*Sûk Aghâs;* supra p. 422).

1288 ex sepulcreto antiquo ad hortum dictum *Djenân Abd er-Rahmân* prope vicum Sennûr, ubi est statio prima viae ferreae Thagaste ducentis Hipponem Regium a Thagaste 9 chil. disiuncta, Charrier effodit titulos Libycos complures, Punicum unum, Latinos quindecim nominibus barbaris insignes cf. *bull. de corr. afric.* s. n. a. 1884 p. 75 seqq. Eos omisi, cum praesertim lectio eorum videatur non satis stabilita; referam unum repertum non longe a loco supra dicto in saxo vivo.

1289 in colle Dj. Gelala prope pagum ʿAin Sennûr in vivo saxo incisum, ad fontem ʿAin Maker.

H E R C V L I
AVG · SAC ·
OPTATVS Æ
CRISTIANISVS
SVLPICIANI

Descriptum a Charrier ed. Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 74.
3 fin. litteras ligatas aut AF aut AVF esse traditur. — 3 seqq. denuo conferantur oportet.

XXXIV. THABRACA (*Tabarka;* supra p. 425).

1290 in tabula marmorea alta m. 0,78, lata 0,56, litt. 0,10—0,07; rep. Tabarka.

I O *m*
QVOD · M · IVNIVS . . . .* *a splendi-*
DISSIMO · ORDINe . . . *creatus est, aedem iouis uetustate*
DILAPSAM · P*roprio sumptu restituit procon-*
SVLATV · L · CASSI . . . . . *idemq. dedicauit*

L. Rebora *bull. d'Oran* a. 1884 p. 131 n. 363.
Ubi fracta sit tabula non indicatur. Supplementa partim non sunt certa.

1291 Tabarka.

M · LVSIVS · / / /
F · PVPI · TER*ges*
TE · MILES · LEG . . .
7 · LEONIS *sti*
PENDI*or*V*m* . . .

Descriptum a Madamet ed. L. Rebora *bull. d'Oran* a. 1884 p. 134 n. 389.
2 *Pupi(nia).*

XXXVI. HIPPO REGIVS (*Bôna;* supra p. 426).

1292 ad n. 10838. Ectypum mihi misit A. Papier; est ab altera parte CIRTENSIM conexis litteris V et M.

1293 rep. Hippone Regio *sur le sommet du mamelon d'Hippone.*

. . *pr*AEF · CO*h* . . .
. . *t*RIB · MIL · L*eg.*
. . *p*RAEF · EQ . . .

Papier *bull. de l'acad. d'Hipp.* XVIII p. XXXV. Cf. *ibid.* p. LI.
1 in. CAEF — 2 in. RI · B traditur.

LI. MASTAR (*Ruffach* vel *Beni-Ziad;* supra p. 440).

1294 rep. Ruffach.

TEMPLVM
C · NONIVS · HOSP persona alata (?)
ES · V · S · L · A ·

J. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 191 n. 168.

LV. INTER CIRTAM ET RVSICADEM (supra p. 442).

1295 rep. *sur le Dra des Beni-Ougad, à l'Henchir Mrazli-Melk de Si Hamouda ben Braham ben Kaid Kasba, commune de Bizot . . . . à côté de chambres rectangulaires et demi-circulaires mises à découvert par des fouilles d'indigènes.*

? *iou*I · AVG SACRVM
....ELPISTVS AVGVSTALIS COL
....EO FILII FILIAE LIB · ET · HERES TEM

A Sergentio descriptum ed. V. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 79 n. 137. Titulus ut denuo examinetur necesse est.

LXI. CVICVL (*Djemila;* supra p. 452).

1296 in tabula alta m. 1,20, lata 0,80; rep. Djemila.

M · AVRELIO
CAES IMP CAES
T · AEL · HADRIAN
ANTONINI AVG
PII · P · P · FIL · TRIB · POT a. 147
COS II EX TESTA
MENTO M · POM
PEI · M · FIL · QVIR · VE
TERIS FLAVIANI
AVG · L · POMPEIVS
M · FIL · QVIR · NOVEL
LVS · AED · II VIR · AVG · MAX
AVG · BIS FRATER
ADIECTO PODIS
MO POSVIT ET LV
DIS EDITIS DEDI
CAVIT

V. et J. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 208 n. 191.

7 M. Pompeius M. f. Vetus redit in n. 8341. — 10 *aug*(*ur*), item 12 *aug*(*ur*) *max*(*imus*). [Cum inventum sit in titulo Cirtensi n. 7103 *auguri . . . . ugurum VII,* fortasse in eo supplendum est *auguri,* [*maximo a*]*ugurum* (*septies*), in hoc legendum *aug*(*ur*), *max*(*imus*) *aug*(*urum*) *bis.* TH. M.] — 14 seq. *podismus,* pro quo alibi occurrit *pedatura* (v. c. Wilm. exempl. 287), significat aream circum monumentum ambitus causa vacuam relinquendam atque una dedicatam.

PARS QVINTA.

PROVINCIA MAVRETANIA SITIFENSIS.

VI*a*. *Beni-Fuda* (supra p. 453).

1297 Beni-Fuda.

. . LIAE HONORATAE C *f.* MA
TRI COELIORVM MAR
TIALIS ET SENECIONIS ❦
C·C·V·V·ET·CN·COELI SENEC
ION · FRATRIS · EORVM ❦

Rouquette *bull. d'Hipp.* XVI a. 1881 p. XXI. Finot *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. V p. 10 seq.

1 HONORATAE MA Finot, HONORATAE CIIVIA Rouq. Erit *Honoratae c(larissimae) f(eminae)* cet. (cf. Villefosse *bull. d'Hipp.* l. l. p. XXX). — 2 in. TRIS — 4 seq. SENECE|EQR Rouquette.

VII. SITIFIS (*Setif;* supra p. 454).

1298 Setif.

MEMORIAE
AVRELI RVFI*n*I · COH · I
VRBANAE · CRESIVS ·
PEREGRINVS · ET AVRELIVS
BARICCIO MILITES COHOR · P · V ·
PROCVRA VERVNT
AVRE*l*IVS · L · IES L · P S F

Descriptum a Payen ed. Villefosse *bull. du comité des trav. histor.* a. 1884 p. 73.

2 RVFIMI traditum est. — Titulus accedit ad eos, quos composuit Mommsen supra p. 118.

PARS SEXTA.

PROVINCIA MAVRETANIA CAESARIENSIS.

VI*a*. *Hr. Sûk el-Khemîs.*

Rudera indigenis dicta Sûk el-Khemîs gentis Uled M'sellem nuper explorata a Choisnetio sita esse dicuntur chil. circiter 50 ab Auzia inter meridiem et orientem in valle fluvii Wed Tarfa. Nomen coloniae, quae ibi fuit (cf. n. 1299. 1300), ignoratur.

1299 in fragmentis duobus altis m. 0,46, latis altero m. 0,37, altero 0,72, litt. 0,05; rep. Hr. Sûk el-Khemîs.

DEAE *bonae u*ALETVDINI · SANC
L CASS*ius* / *f. cas*TVS · EX · DEC · VET
FL·PP·CO*l. et*......DA LVCIOSA EIVS
TEMPL*um cum orna*MENTS SVA PECV
NA FECE*runt dedica*VERVNTQVE Ē
REIP DO*no deder*VNT

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 308 n. 596.

1300 in lapide alto m. 8,81, lato 1,85, litt. 0,06; rep. ibi ubi n. 1299.

Q · GARGILIO · Q · F · Q · MARTIALI VET · FL ·
P · P · COL · PAT · CVRATORI ET DISPVNCTO
RI REI ❦ P ❦ ET ❦ IVLIAE ❦ PRIMAE ❦ EIVS ❦ Q ❦ GARGI
LIVS Q F MARTIALIS EQVES ROMANVS
MILITIAE PETITOR COL PAT · FILIVS EORVM
PARENTIBVS DIGNISSIMIS ·

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 308 n. 595.

2 seq. Hic Q. Gargilius Martialis non diversus videtur ab eo, ad quem spectat n. 9047 positus a. p. Chr. 260.

1301 rep. ibi ubi n. 1299.

D M S
IVL · HONO
RATVS B F ❦
PR ❦ PROFV
TVRA ❦ IVL ❦
PROCESSAE
FIL ❦ PIISSIMAE
V·A·VIII·M·VI D
❦ VIIII ❦

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 309 n. 599.

3 seq. *b(ene)f(iciarius) pr(aefecti legionis)*. *Profutura* videtur nomen esse matris.

IX. RAPIDVM (*Sûr Djuâb;* supra p. 459).

1302 in fragmentis quattuor altis m. 0,80, latis *a* 1,05, *b* + *c* + *d* 2,54; effossa a Choisnet Sûr Djuâb ad antiqui oppidi portam orientalem, supra quam tabula integra affixa fuit.

*imp. caesari*BVS · AVGVSTIS · M · AVRE*lio antonino ar*MENIACO PARTHICO MAXIMO MEDICO TRIBVNICIAE
*potestatis xxi c*OS III · ET · LVCIO · VERO · A*rmeniaco parthi*CO MAXIMO MEDICO TRIBVNICIAE POTESTATIS·*u*$\overline{\text{II}}$·COS $\overline{\text{III}}$ a. 167
ueterani et PAGANI CONSISTENTES *aput rapidum mu*RVM·A FVNDAMENTIS·LAPIDE QVADRATO EXSTRVXERVNT
*pecunia e*T SVMTV OMNI SVO ID EST V*eteranorum et p*AGANORVM · INTRA EVNDEM MVRV*m i*NHABITANTIVM
adiuuante ET CVRANTE · VIRO · EGRE*gio* ...... *pudent*E PROCVRATORE AVGVSTORVM OPTI*morum et* PRAESIDE
*eodemque de*DICANTE

Descriptum a Choisnet edid. Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 71.

Est alterum exemplum tituli supra relati n. 955. — 2 fin. L. Veri tribunicia potestas hic ut n. 955 traditur in lapide esse $\overline{\text{XII}}$, errore, puto, quadratarii pro eo, quod posui, $\overline{\text{VII}}$.

XVIII. TIPASA (*Tipaza;* supra p. 460).

1303 in lapide alto m. 0,40, lato 0,60; rep. Tipasae in parietinis Byzantiis sitis ad viam Romanam 900 m. ab oppido magis orientem quam meridiem versus.

I N H I S P R A E D I I S M ❧
H O R T E N S I G A V D E N †
E T F I L I O R V M ❧ E I V S
G A V D E N T I I S
RES†TVTVS PROV CCXXXVIIII a. 278

Ad ectypum photographicum ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 214 n. 486 (cf. ibid. p. 311).

[Similes sunt n. 8209. 8378. 8421. 8690. 9725, item supra n. 962. 1234, acclamationes scilicet in latifundiis propositae ab actoribus in honorem dominorum; supple cogitatione *Gaudentiis* (*felix faustumque sit: dicit*) *Restitutus.* Th. M.]

1304 in opere tessellato reperto cum aliis tribus Tipasae in ecclesiae occidentalis ruderibus sitis in promuntorio Ras el-Konisia.

SI · QVIS · VT · VIVAT
aves QVAERIT · ADDIS
C E R E · S E M P E R ·
H I C L A V E T V R
AQVA · ET · VIDEAT ·
C A E L E S T*ia regna?*

P. Gavault *revue afric.* a. 1883; repetiverunt de la Blanchère *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 162 et Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 313 a quibus sumpsi ego.

Spectat titulus ad baptisterium id ipsum, in quo inventus est.

XX. CAESAREA (*Scherschel;* supra p. 461).

1305 ad add. n. 1033: Partem priorem adinvenit Schmitter *bull. épigr. de de la Gaule* a. 1884 p. 65 n. 142, ut totus titulus legatur in hunc modum:

CRESTVS · DECVRIO · CORPOR · C ·
AVLE · VXOR · POSIT · OB
'sic' MEERITIS · EIVS ·

1 fin. iam legerim *corpor(um) C(aesariensium).* [Malim *corporatus Caesariensis.* Th. M.]

1306 rep. Scherschel in fundo Rifard ad viam Algerium ducentem.

FLAVIA · SATVRNI
NA · LAVRO · VIRO ·
SVO · IIQVITI · ALAII
II · TRACVM · TVRM
A · SVLPICI · MILITAV
IT · AN · XXVII · MIIRII
F · D · S · C

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* a. 1884 p. 63 n. 138.

2 fortasse fuit *Fl. Tauro* similiterve. — 6 fin. seq. dummodo versus recte excepti sint, ita legendum: *mere(nti) f(aciendum) d(e) s(uo) c(uravit)*.

1307 rep. Scherschel ad viam Cartennam ducentem, prope el-Kantara.

B MR
FRIDILA IN
PA QVIISCIT
⳨

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* a. 1884 p. 63 n. 135.

B(onae) m(emo)r(iae) | *Fridila in* | *pa(ce) qu(i)escit.*

XXIX. *Orléansville* (supra p. 479).

1308 in tessellato cubiculi balneatorii pavimento effosso Orléansville in hortis valetudinarii.

SILIQVA FREQVENS FOVEAS MEA MEMBRA
LA VACRO

venatores duo dextrorsum gradientes cum cane — aper in venatores irruens

eques cum clupeo — panthera ex palmis prorumpens

G. Loustan *bull. épigr. de la Gaule* IV a. 1884 p. 20.

Siliquam non diversam esse a seliquastro et pro sedilis genere habendam ad balneatorium apparatum pertinente probare studuit Mowat l. l. p. 21; attamen nobis id non persuasit, licet melior explicatio in promptu non sit. Fortasse hoc verbum parum recte exceptum est, neque aptum est hexametro.

Meschera Sfa (inserendum ante XXXIII*b* supra p. 482).

Derrien ductor Gallus ex sepulcreto monumentis rudibus ingentibusque insigni, quod hucusque indigenarum fuisse putaverant, sito prope rudera dicta Meschera Sfa (in territorio Frendae, 38 chil. disiuncta a Tiaret, in ripa sinistra fluvii Mina) quinque eruit titulos christianos, ex quibus hic unum referre satis habeo:

1309 in lapide alto m. 0,32, lato 1,0; rep. Meschera Sfa.

DEDITI XPI VMBRIVS FELIX MAC
FECIT VOTVM REDDIDIT DO PRECA
TVR PRO SVIS PECCATIS ALVT
FICETVR A · P · CCCIX ET 7 III

Descriptum a Derrien ed. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1884 p. 290 n. 583.

1 videtur Umbrius fratres christianos alloqui: *Dediti* (*Christi*), *Umbrius Felix mag*(*ister?*) | *fecit, votum reddidit d*(*e*)*o, preca*|*tur pro suis peccatis, al*(*b*)[*i*]|*ficetur* ..... [Scrib. CCCLX ET ϛIII, id est anno prov. 369 = p. Chr. 408. TH. M.]

XXXIII*b*. *Tagremaret* (supra p. 482).

1310 in lapide alto m. 1,10, lato 0,45, litt. 0,06; Tagremaret in aedibus Alibert.

L I C I N I A E S E
C V N D A E B O
NAE MEMORIAE MA
RITAE ❦ CVIVS FA
TVM · TALEM · FVIT VT
NE QVIDEM PIGNVS
COMMVNEM MEMO
RIAE SVAE · SOLACIO
NOSTRI · RELINQVERET
QVAEQVE IN IPSO LI
MINE IVVENTVTIS
AVSPICATA · EST · SENECTV†
VIX · AN · XXV · M · VII · D · XXI

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 118 n. 180 et *voyage d'étude* p. 104 n. 10.

AFRICANAE ORIGINIS INCERTAE (p. 857).

1311 ad n. 10006. Vide add. n. 1170.

VIAE PVBLICAE PROVINCIARVM AFRICANARVM

(supra p. 488).

XXVIII. AD DIANAM (C. p. 901).

1312 ad n. 10384. 7 M D, quod Mommsenus proposuerat ex coniectura, confirmat Masqueray de visu *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 224.

1313 in ruderibus q. d. Hr. Bata in valle angusta, qua fere a Belezma itur 'Ain Zana, MASQUERAY invenit columnas miliarias tres; quarum in una cum nihil legere potuerit nisi *iu*VENTVTI, in altera AVRELIO // AVG PIO FELICISSIMO CAES ////, tertiae titulum ita excepit:

IMP CAES
M AVRELIVS
seuerus alexan
der pius FELIX
AVG DIVI
MAGNI
ANTONINI
FILIVS MIL
COMEANT
IBVS REN
OVAVIT

Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 223.

3 seq. erasos esse non indicatur. — 8 seqq. cf. n. 10400, praeterea 10394. 10395. 10401 al.

XXIX. LAMASBA AD NGAVS (C. p. 901).

1314 ad n. 10423. 8 in. VMIANo — 10 fin. PRIN (litterae IN in latere columnae) Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 225.

XXXII. PROPE AVZIAM ET SVR DJVAB (supra p. 511).

1315 col. mil. rep. Sûk el-Khemîs (v. supra p. 560).

D · N
IMPERATOR*e*
CAES C FLA
VIO CONS
TANTINO
PIO FELICE
AVG
P *c*CLXXIII a. 312

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 309 n. 597.

2 IMPERATORI — 8 P CLXXIII traduntur.

XXXVII. AD ALTAVAM POMARIA NVMERVM SYRORVM (supra p. 516).

1316 col. mil. rep. *à 500 mètres à l'ouest du village de Lamoricière et à 1500 mètres des ruines d'Hadjar Roum.*

IMP · C · IVLIO
VERO MAXI
MINO PIO F*el*
*a*VG MILL
NOVA POS
PER · P · SALLVS
SEMPR · VICTO
REM PROC
SVVM AB
ALT M · P · I

Descriptum a Germain Sabathier ed. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1884 p. 288 n. 580.

Redit ille procurator VIII, 8828. 10438 et in fragmento item miliarii, ut puto, quod sequitur.

1317 in fragmento alto m. 0,17, lato 0,44, litt. 0,05; rep. *près de la mosquée d'Agadir* (Tlemsen); nunc ibidem apud Rulié.

POSVER PER I
SALLVSTIVM
sempr. VICTOREM

Descriptum a Rulié ed. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1882 p. 60.

ADDITAMENTA POSTREMA.

PARS PRIMA. PROVINCIA TRIPOLITANA.

XII. INSVLA MENINX postea GIRBA (*Djerba* p. 9. 922).

1318 in opere tessellato effosso in ruderibus sitis prope *Bordj el-Kantara* in Meninge insula, in quo cernuntur quattuor equi nomine ad singulos adscripto.

CERVLEVS IPSICATVS LVXVRIOSVS BOTROCALEVS

Ad exemplum Gilberti edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 79. [*Ipsicatus* fortasse est ψηκτός, rasus. Th. M.] — Nominis quarti lectio dicitur incerta esse.

PARS SECVNDA. PROVINCIA BYZACENA.

XXIV. SVFETVLA (*Sbîtla;* supra p. 271).

1319 rep. Sbîtla.

VI CTORIAE AVG N
IMP CAES *l.* D*om*I*t*I
A V R E L I A N I
P I I F E L I C I S
I N V I C T I
D D N P

Descriptum a Boyé ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 304 n. 591.

2 fin. CAES DIVI traditur, at pro incerto; fortasse etiam v. 1 extrema non recte excepta sunt. Possis etiam reponere D · N ·

1320 rep. Sbîtla.

*imp. caes. diui antonini f. diu*I HADRIANI NEP · DIVI · TRAIA*ni* PAR*thici pronep diui neruae abnep. l. aureli*O VERO AVG · ARMENIACO MEDICO *parthico max pont. max. trib. pot. .. cos... p.p. pro*COS FRATRI ⸰ IMP ⸰ CAES M · AVRELI *antonini aug* cet.

Descriptum a Boyé edid. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 303 n. 588.

1 TRAIA traditur. — In fine hiatum indicavi ex coniectura. — Titulus positus est inter a. 165 et 169.

1321 rep. Sbîtla.

M ⸰ ANNIO VERO
IMP ⸰ C A E S A R I *s*
M ⸰ AVRELI ⸰ AN
TONINI ⸰ AVG ⸰
A R M E N I A C I
MEDICI PARTH
CI ⸰ MAXIMI ET
FAVSTINAE AVG
FILIO ⸰ D ⸰ D ⸰ P ⸰ P

Descriptum a Boyé ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 394 n. 590.

2 CAESARI — 3 M ⸰ AVRELIO cet. traditur.

[M. Annio Vero nato a. 163 statua posita est, antequam Caesar factus est a. 166; obiit septennis. Praenomen nunc demum innotescit. Eckhel 7, 82. TH. M.]

1322 rep. Sbîtla.

L · CAELIO PLAVTIO CATVLLINO C · V · TRIBV
NICIO CVRATORI REI PVBLICAE OB INSIGNEM EIVS
CLEMENTIAM ET CIRCA SINGVLOS VNIVERSOSQ
CIVES PRAESTANTIA INNOCENTIA QVAM CIR 'sic'
CA FRVMENTARIA REI LARGAM MODE 'sic'
RATIONEM ET PRAESTANTIAM SINGV
LAREM OMNIVM VIRTVTVM VIRO
CVRIAE VNIVERSAE STATVARVM HO
NOREM PRO MERITIS SVIS HAC TITV 'sic'
LI AETERNITATI SIGNARVNT

Descriptum a Boyé edid. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 304 n. 589.

2 seqq. sic fere qui titulum composuit scribere voluit: *ob insignem eius clementiam et circa singulos universosq(ue) cives praestantia(m) innocentia(m)qu[e] circa frumentaria[e] rei largam moderationem et praestantiam singularem, omnium virtutum viro curiae universae statuarum honorem pro meritis [eius] hac tituli aeternitat[e] signarunt.*

XXX. AMMAEDARA (supra p. 273. 520).

1323 in lapide rep. in ruderibus ab Ammaedara 7 fere chiliom. disiunctis inter meridiem et occidentem.

VITA BONVM EST
ET VITA MALVM
MORS
NEVTRVM HABET HO//M
//RSPICE SI SAPIAS
*q*VID MAGIS EXPEDIA*t*
SET OVIA SVNT MAN*es*
SIT TIBI TERRA LEV*is*
I·T·ITII LVCILLA VIX
ANN XIIII M V
EX QVO TEMPORE VN
TER SENVM MENS/M
IN DIEM MORTIS SVAE
CVM MARITO EGIT
FABIVS EXSVPERAN 'XOR*i*
INNOCENTI PIAE FECIT

Descripsit Nachtigal.

Vita bonum est et vita malum; mors neutrum habet h[or]um. [Pe]rspice, si sapias, [q]uid magis expedia[t]. Set [q]uia sunt Man[es], sit tibi terra lev[is]. [Vettia?] Lucilla vix(it) ann(os) XIIII m(enses) V, ex quo tempore v[ix] ter senum mens[u]m in diem mortis suae cum marito egit. Fabius Exsuperan(tius) uxor(i) innocenti piae fecit. — 1—8 versus sunt, unus hexameter et duo pentametri.

Io. Schmidt.

AVCTARIVM

ADDITAMENTORVM AD CORPORIS VOL. III

supra p. 1—104.

AEGYPTVS.

ALEXANDREA (supra p. 1).

1324 ad Eph. II n. 330. 337. Duae hae tabellae nuper cura Gastonis Maspero inlatae sunt in museum Bulacense. Id qui curat subpraefectus Urbanus Bouriant utramque misit descriptam, confirmans ita quam proposui lectionem, nisi quod in n. 330 puncta adsunt nulla legiturque v. 2 MIIIT. Supra titulum cernitur imago similis ei quam descripsi ad n. 337; in utraque miles dextra tenet hastas binas.

1325 tabula marmorea alta c. 50, lata c. 60, Alexandriae a. 1882 empta a Maspero et collocata in museo Bulacensi n. 5452.

femina in lecto iacens

		D M		AN
QVE	pes	AVRELIE AQVILLIE FILIE PA	pes	IIII
BIXIT	lecti	RENTES BENE MERENTI FECERV	lecti	MES
				III

Maspero misit descriptam.
1 AVRELIE lapis.

COPTVS (supra p. 5).

1326 ad Eph. V n. 15. Laterculum heliographice expressum edidit Ernestus Desjardins in eph. *Bulletin du comité des travaux historiques et scientifiques, archéologie* 1883 p. 178—183. Eam tabulam qui inspexerit, recte titulum supra editum esse intelleget, id quod etiam Desjardinius iam professus est. Idem de titulo tertium disseruit in eph. *Bulletin trimestriel des antiquités africaines* 3 (1884) p. 182—192. Singillatim haec habeo adnotatis adicienda.

ad *B*, 7. Robertus Mowat, qui inscriptionem hanc repetivit bis *bull. épigr.* (*de la Gaule*) vol. 3 p. 199 et vol. 4 p. 35, litteris tribus *b* 7 F·S·S· contendit significari *fit summa summarum*; et verum est *supra scriptarum cohortium* minus recte scribi quam *cohortium supra scriptarum*, neque id me fugit. Sed deterruit me cum litterarum singularium nullo exemplo confirmatarum admissio tum locutio appositive formata sane insolita *fit summa summarum centuriones X.* Iam vero existimo erravisse me et verum vidisse Mowatium, recordatus calculorum apud Catonem de agri cult. c. 22, 3. Ibi enim post singulas summas relatas quae sequitur ex coniunctis effecta, ei bis praemittuntur notae S·S·, id quod vere videtur interpretandum esse non, ut adhuc factum est, *summa sumptus*, sed *summa summarum*, cum in simili loco (5, 2, 5) Columella sic scribat: *utramque summam componito: fiunt pedes XXXIX milia.* Quam ob rem locutio haec vere videtur propria fuisse vetustorum calculatorum et tabulariorum et ab his pervenisse ad poetas Plautum et Lucretium aliosque (Seneca epist. 40 fin.).

ad *B*, 10. De lacco vocabulo nuper egit Franc. Buecheler in eph. Monacensi *Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik* vol. 1 (1884) p. 285. Potest conferri quod in titulo excepto Damae in Trachonitide (Lebas-Waddington n. 2452) legitur: τὸ μνῆμα καὶ τὴν αὐλὴν καὶ τὸν ἐνόντα λάκον καὶ συκῶνα ἐφύτευσεν.

ad *B*, 15. Idem Mowatius quod hoc loco legitur *castram* interpretatus est *castra m(aiora)*, perperam; nam fuisse Copti castra bina iam, sublato errore Desjardinii legentis *b* 15 II pro ET, amplius non erit qui defendat, nec licet tenorem scripturae aequabiliter decurrentem interrumpere interposita nescio qua littera singulari non ad legitimam normam, sed temere plane excogitata. Contra qui comparaverit inter alia similia quod est in titulo nuper in Africa eruderato (supra p. 541 n. 1233) anni ante Chr. 2 *imp. Caesarem Augusto M. Plautio Silvano*, mihi adsentiet auctorem alterius additamenti (nam vv. duo *b* 14. 15 ab alia manu exarati sunt) vitio sermonis vel pronuntiationis *castram* dedisse pro *castra.*

VIAE AEGYPTI (supra p. 12).

1327 ad Eph. V n. 18. Eduardus Naville per litteras certiorem me fecit tabulam hanc (*dalle de calcaire blanc de 35 centimètres de largeur sur 30 de hauteur*) repertam Tell-el-Maschuta inter rudera castri Romani inscriptam esse sic:

DD NN VICTORIBVS
MAXIMIANO ET SEVERO a. 306/7
IMPERATORIBVS ET
MAXIMINO ET CONSTANTI*no*
NOBILISSIMIS CAESARIBV*s*
AB ERO IN CLVSMA
M VIIII Θ

Ita cum iam et de lectione constet et ne hoc quidem amplius defendi possit erravisse quadratarium in numero bis enuntiato tam Latine quam Graece, Clysma huius tituli non potest esse id quod fuit prope Arsinoen distans ab Heroonpoli m. p. LXVIII, sed fuerit necesse est alter locus cognominis, scilicet, ut indicant mensurae, situs prope Isma'îlîya ad lacum Timsâh. Nec causa latet; nam κλύσμα cum significet eum locum, quem undae maris extremae adluunt, id utrique situi pariter aptum est. Heroonpolis enim Straboni 16, 4, 2 p. 767 est πρὸς τῷ Νείλῳ μύχος τοῦ Ἀραβίου κόλπου (quae verba nulla emendatione indigent) et appellatur ab ea alter sinus maris Arabici (Ptolemaeus 2, 1, 6: διὰ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν μυχοῦ. 5, 17, 1: κατὰ τὸν Ἡρωοπολίτην κόλπον).

SYRIA PALAESTINA.

BETHLEHEM (p. 21).

1328 ad n. 115. Augustinus Scholz (*Reise in die Gegend zwischen Alexandrien und Paraetonium, die libysche Wüste, Siwa, Egypten, Palaestina und Syrien.* Lipsiae et Soraviae 1822. 8. pp. 305) p. 162 primus edidit sic: ƆEL AVREL.

AELIA CAPITOLINA (p. 21. 969. Eph. II, 292).

1329 Hierosolymis rep. ab ecclesia sepulcri sancti ad orientem.

IMP
PART

Clermont-Ganneau in eph. Londiniensi *the Mail* 21 Apr. 1884, cui misit archimandrita Hierosolymitanus.

Fortasse principium tituli editi n. 116.

SYRIA.

BERYTVS (supra p. 18).

1330 ad Eph. V n. 20. Portoria Syriae tangunt item enarrator litorum maris rubri c. 19: *εἰς αὐτὴν* (Leucen Comen in Arabia) *καὶ παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ παραφυλακῆς χάριν ἑκατοντάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται,* et Philostratus in vita Apoll. 1, 20: *παριόντας δὲ αὐτοὺς ἐς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν ὁ τελώνης ὁ ἐπιβεβλημένος τῷ Ζεύγματι πρὸς τὸ πινάκιον ἦγε καὶ ἠρώτα, ὅτι ἀπάγοιεν.* Illo loco dubitari non potest agi de vectigali publico populi Romani.

1331 Deir el Kalá.

IVNONI ORI
CINAE C IV
LIVS MAXI
MVS FECIT
V · L · *m* · S

Clermont-Ganneau in eph. Londiniensi *the Mail* 21 Apr. 1884 edidit missam a proxeno Dano Loytved Beryti degente.

1332 Deir el Kalá.

MATRI · MATVTAE
FLAVIA·T·FIL·NICOLAIS
SADDANE · ANTISTI
VETERIS·EX RESPONSO
DEAE · IVNONIS · ARAM
FECIT · DEDICAVITQVE

Clermont-Ganneau l. c. ab eodem. Idem tituli meminit *Revue critique* 5 Nov. 1883.

Duplex nomen est feminae et Graecum et Syriacum; hoc, scilicet *Caddan,* redire Syriace et Hebraice in sarcophago reperto in monumento regio Hierosolymitano monet editor. Vir pertinuit fortasse ad nobilem stirpem Antistiorum Veterum.

1333 Deir el Kalá.

EX · VOTO · M · TITTI · RE|

Clermont-Ganneau l. c. ab eodem.

X. *Dumeir* (p. 23).

1334 ad n. 130. Repertam eodem loco, scilicet a Damasco in via ad Euphratem, hora dim. a Maksura ad orientem, inter rudera q. d. Girbet Maksura, in moenibus castelli, misit Moritzius charta expressam. Sunt in lapide quae coniectura restituit Borghesius; praeterea leg. 4 fin. ꟼE ı — 5 fin. AV/ — 6 fin. TRIB PTI — 7 $\overline{II}$ — 8 CHA/ — 10 ʌ/ — 12 PRAE/

HEMESA (*Homs*).

1335 prope Tayiba inter Kalaat el Hösn (prope Homs) et Hamam in vinea.

vir stans volumen
tenens

ı ı / ʌ ı / ʌ V
EVRI/CIOIII
VIXIT AN XX

ΛVE
RVRC
XXXVII

Ectypum Sachauio misit proxenus noster Damascenus Lütticke, sed in quo omnia incerta sint praeter prioris tituli v. 3; nihilo minus recepi propter locum.

NICOPOLIS SELEVCIDIS (*Nîbôli*, nunc *Islâhîe*).

1336 utrum in columna scriptum sit an in pila, nescimus. Islâhîe.

IMP · DIVI · ΛVG · F · AV|*gustus pontifex*
MAXIM · COS · $\overline{IIII}$ TR|*ib. pot. .. uiam?*
AVGVSTAM · NICOPOL|*itanam cn. sentio?*
SATVRNINO · LEG · CAE|*s. aug. curante fecit*

Ectypum Puchsteinio misit Hamdi Bey director musei Constantinopolitani.

Titulum a principio integrum esse probabile est neque tamen certum; de punctis quoque non omnino constat. Ipsa lectio certa est. Divi Augusti filius sine dubio Tiberius est, quamquam parum recte et primo et quarto versu praenomen naturale suppressum est et illo loco substitutum paternum a filio non admissum; similiter erratum est in miliariis Africanis C. X, 10018. 10023 et in titulo Imoski in Bosnia reperto apud Hirschfeldium *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 110. Consul IV cum Tiberius fuerit per a. 21—30, eo tempore titulus scriptus sit necesse est. Syriam Pisone legato Augusti a. 19 p. Chr. expulso administravit legatorum qui in provincia erant vetustissimus Cn. Sentius Saturninus is qui fasces gesserat a. p. Chr. 4, eumque verisimile est hoc titulo nominari, sive legatus legionis fuit deficientis legati

provinciae praepositi vices gerens, sive iussu Tiberii successor datus Pisoni; hoc praefero, cum quoniam legatus legionis Augusti vocabulum raro adsumit, tum quod vix credibile est Syriam per biennium iusto praeside caruisse. Itaque L. Aelius Lamia, qui per complures annos ad eum quo obiit 33 p. Chr. Syriae ita praefuit ut ipse Romae degeret, Pacuvius legatus legionis provinciam administraret (Tac. ann. 6, 27; Seneca ep. 12, 8), non Pisoni successit, ut adhuc credideramus, sed Saturnino. — 2 extr. supplementum quamquam dubium est potestque de opere publico diverso cogitari, certe inde confirmatur quod egregie coniecit Kiepertus (apud Puchsteinium in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1883 p. 30) oppidum dictum hodie Islâhîe, olim autem Nîbôli[1]) esse Nicopolim antiquam sitam in ipsis confiniis Ciliciae et Syriae supra sinum Issicum in mediterraneis. Ea quamquam non recte apud Stephanum Byzantium (s. v. Ἰσσός) eadem dicitur atque Issus clara victoria Alexandri, sed una cum Isso memoratur a Strabone 14, 9, 19 p. 676, item a Ptolemaeo 5, 8, 7 collocatur in Ciliciae mediterraneis, cum Issum recenseat in litore, ab ipso illo proelio nomen videtur traxisse; nam tam prope ab Isso abest, ut facile aliqua ratione victoria Issica ad ea loca pertinere potuerit, censetque Kiepertus (apud Droysenum *Gesch. des Hellenismus* 3^2 p. 201) Darium ibi castra habuisse ante proelium ad Issum factum. Eius civitatis nummi sunt inscripti Νεικοπολειτῶν Σελευκίδος similiterve (Eckhel 3, 322; Mionnet 5, 265; S. 8, 181). Collocatur a Strabone l. c. ad sinum Issicum, a Ptolemaeo, ut modo vidimus, in mediterraneis Ciliciae, a Malala l. 12 p. 297 in Cilicia, ab Hierocle p. 713 in provincia Euphratensi (cf. stadiasmus maris magni c. 154); denique itinerarium p. 190 viam enarrat hanc: *Nicopoli* — *XIII* — *Aliaria* — *XV* — *Gerbedisso* — *XX* — *Dolicha* — *XXIIII* — *Zeugma* et sic deinceps Edessam.

[1]) Botanicae causa qui a. 1864 hanc regionem peragravit Haussknechtius itemque Beryti degens Hartmannus narrarunt Kieperto oppidum iam mutato nuper nomine nuncupatum Islâhîje, quod significat Reformatoriam, antea dictum fuisse Nîbôli.

Marasch.

1337 Marasch (ubi fortasse Antiochia fuit ea quae ad Euphraten dicitur sive ad Taurum) intra oppidum dicebatur reperta esse.

ʼ *i* C *i*
*anno*S XXX · MI*litauit*
*anno*S VII 7 IAV
HERED · REL*ictis*
*co*MMANIP · S*uis*
*c*VRANTE
Ↄ Γ P I

Descripsit Puchstein a. 1883 et ectypum dedit.

1 et 7 parum certi sunt; in hoc legit Puchstein r ʼIANI.

CILICIA.

SELINVS (p. 44).

1338 ad n. 225. Descripsit nuper Luschan medicus Vindobonensis. Adde ante v. 1 D · M.

LYCIA ET PAMPHYLIA.

MYRA (supra p. 24).

1339 ad n. 232 = Eph. V n. 34. Primum prodiit, ut monuit Benndorfius, in volumine inscripto *Ansichten von der Türkei, hauptsächlich von Caramanien nach den Originalzeichnungen des Herrn Ludwig Mayer mit Erläuterungen von I. A. Bergk* edito Lipsiae a. 1812 tab. 2.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

ANTIOCHIA PISIDIAE (p. 54).

1340 ad n. 292. Descripsit Ramsay, legens 1 NO\| — 2 PRIscI — FLAVON/\| — 3 R\| — 4 APRONANC\| — 5 STLITIB — 6 TRIBIATIC''EGVIFERCAPA.

1341 ad n. 293. Descripsit Ramsay ex lapide ita, ut nos emendavimus coniectura.

1342 ad n. 303. Descripsit Ramsay, legens 1 VVPETILIAMF — 4 ΠΕΠΔΙΑ — 5 \|AYTIA — 6 \|TIΛIω.

1343 basis quadrata Yalovadj in coemeterio.

IMPERATORI CAESARI
FLAVIO VALERIO
CONSTANTINO
PIO FEL INVICTO
AVGVSTO

Ramsay descripsit.

1344 columna Yalovadj in coemeterio.

P · A N I C I O
P · F · SER · MAX*i*
MO PRAEFECTO
CN DOMITI AHEN*o*BAR
BI P · P · LEG XII FVLM PRÆF
CASTROR LEG II AVG IN
BRITANNIA PRAEF EX*er*
CITV QVI EST IN AEGYPTO
DONATO AB IMP DONIS
MILITARIBVS OB EXPEDITI
TIONEM HONORATO
CORON MVRALI ET
HASTA PVRA OB BELLVM
BRITANNIC CIVITAS
ALEXANDR QVAE EST
IN AEGYPTO H C

Ramsay descripsit nocte ingruente, quod exemplum et ipse misit et Waddington.

2 fin. hiatus non notatur. — 7 fin. traditur EXO.

P. Anicii Maximi huius, quem tam ex tribu quam ex statuae dedicatione colligitur origine Antiochenum fuisse, filius fortasse fuit Anicius Maximus proconsul Bithyniae nominatus a Plinio ep. ad Trai. 112. — Cn. Domitius Ahenobarbus, omnino pater Neronis imp., consul a. 32 p. C., defunctus a. 40 (Suetonius Ner. 6), cum Antiochiae IIviratum admisisset, hunc Maximum praefectum sibi nominavit, acceditque is ad perraros eius generis praefectos inventos primis imperii temporibus extra domum imperatoriam (*Staatsrecht* 2 p. 801). — Praeterea cursus honorum totus castrensis est. Gregalis militia cum solito more praetereatur, remansit inde quod legitur v. 9—11 Maximum ab imperatore, cuius nomen tacetur, fortasse igitur Gaio, ob expeditionem nescio quam donis militaribus donatum esse; quae erunt torques armillae phalerae ipsae suppressae propter maiora dona postea adepta. Nam solent dona militaria extra honorum ordinem post eos collocari. — Perfunctus caligata militia, item primipilatu legionis XII fulminatae in Syria tendentis Maximus in exercitu meruit qui a. 43 in Britanniam missus est, scilicet legionis II Augustae praefectus castrorum; de quo officio diligenter exposuit Gustavus Wilmanns in hac Ephem. vol. 1 p. 81 seq. Ob id bellum Maximus donatus est hasta pura et corona murali. Inde primum opinor intellegitur, qualia dona eiusmodi praefecto legitime conveniant; nam tituli eorum reliqui dona memorantes rem non deciderunt, cum in Fabrianensi (Eph. l. c. p. 85 n. 25) dona ad centurionatum neque ad praefecturam spectent, tituli Amastriani (supra n. 87) neque ipsa omnia ad praefecturam pertineant et praeterea a solita ordinatione plane recedant. Sunt autem ea fere, quae bona aetate tribunis militum et praefectis cohortium dari solent, ut exempli causa praefecto cohortis a Vespasiano dantur corona aurea et

hasta pura (C.V, 875). — Post praefecturam castrorum legionis II Maximus factus est praefectus exercitus Aegyptiaci, quo munere fungentem Alexandrini honoraverunt statua in patria posita *h(onoris) c(ausa)*. Sed id officium quo spectet, videndum; novum enim in titulis certe accidit. Posteriore aetate cum una sola legio in Aegypto tenderet, ei ita praefuisse praefectum castrorum, ut legati legionis vices faceret et solum praefectum Aegypti super se haberet, constat cum ex titulo n. 6025 scripto imperante Pio, quo praefectus Aegypti et praefectus castrorum aedificium a militibus factum ita omnino dedicant ut alibi solent simul dedicare legati duo provinciae et legionis, tum ex ipso testimoniorum defectu; nam si inter hos gradus fuisset praefectus legionis a castrorum praefecto diversus et ei praepositus, eius instituti aliquod indicium superesset. Collegit inde Wilmannsius (l. c. p. 91) quo tempore in Aegypto plures legiones tendebant, singulis praefectos castrorum praefuisse parentes omnes praefecto Aegypti, neque aliter potuit, cum praesertim Strabo 17, 1, 12 Romanorum Aegypti administrationem enarrans et magistratus omnes enumerans de praefecto exercitus taceat, Tacitus quoque (hist. 1, 11) similiter eam adumbret, in bellis denique quotquot ad eam provinciam pertinuerunt soli praefecti provinciae commemorentur. Sed hoc ut recte referetur ad tempora Augusti, quippe quibus tres legiones Aegyptiacae ternis castris tenderent, una Alexandreae, altera Babylone, tertia alio loco (supra p. 9), ita haec ordinatio non potuit non mutari, postquam una legione ex Aegypto abducta duae reliquae coniunctae ad Alexandriam tendere coeperunt; nam secundum ea quae ipse Wilmannsius l. c. p. 91 exposuit castris licet geminis unus tantum praefectus est. Is autem cum ab altera utra legione nominari non possit, recte appellatur *praefectus exercitus qui est in Aegypto*. Redit ipsum vocabulum non in titulis, sed apud Philonem (adv. Flaccum 13). Is narrans res Alexandreae gestas imperante Gaio centurionem ait ex urbe missum, ut praefectum Aegypti vinctum Romam duceret, cum escendisset, militem quendam iussisse sibi indicare *τὴν οἰκίαν στρατάρχου· τούτῳ* (non *τοῦτο*) *γὰρ ἐβούλετο τὸ ἀπόῤῥητον ἀνενεγκεῖν, ἵνα καὶ ἂν δέῃ πολυχειρίας, ἔχῃ τὸν συναγωνιούμενον*. Unde cum aliunde constet sub Nerone certe duas legiones in iisdem castris Alexandrinis tetendisse (Iosephus bell. 2, 18, 8. 4, 10, 5; supra p. 9), id hinc colligimus iam a. 38 similiter obtinuisse; nam *στρατάρχου* mentio recte explicari non potest nisi adsumptis castris geminatis. Similiter quod Liternius Fronto, qui in bello Iudaeico Titi a. 70 vexillationibus miliariis duarum legionum Aegyptiacarum praefuit, *στρατοπεδάρχης* appellatur *τῶν ἀπ'* (*ἐπ'* Alexandre apud Renierum proposuit) *'Αλεξανδρείας δύο ταγμάτων*, recte Renierus (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 48 seq.) eo rettulit, quod castris praefuit utriusque legionis, addens etiam T. Suedium Clementem, qui *anno II T(iti) imp. n(ostri)*, id est 79, Memnonem exaudivit *praef(ectus) castrorum* (C. III, 33), utrique legione praefuisse videri. Nam praefectus eiusmodi ut recte exercitui dicitur praeesse, potuit omnino etiam praefecti castrorum vocabulo uti vocabulis legionum aut additis pariter aut omissis. Desiit qui Alexandreae fuit praefectus castrorum super reliquos eminere, postquam exercitus Aegyptiacus ad unam legionem redactus est; id

quod plerumque creditur evenisse imperante Traiano, sed fortasse iam sub Domitiano evenit, quoniam is motus rebellione Antonii Saturnini *geminari legionum castra prohibuit* (Suetonius Dom. 7). Id cum ad castra Alexandrina legionum duarum III Cyrenaeicae et XXII Deiotarianae vel maxime pertineret, fortasse haec, cuius memoria nulla suppetit posterior a. 84 (C. III, 36), eo tempore exauctorata est.

Praefectus exercitus Aegyptiaci, si de eo recte iudicavimus, in re militari Romanorum iure ordinario suum locum tenuit. Sed inveniuntur praeterea quamvis raro praefecti exercitus alius generis, nimirum viri ordinis equestris belli causa universo exercitui ita praepositi, ut legati legionum eis pariter atque praefectis praetorio pareant. Talis fuit in exercitu Titi Iudaeico Ti. Iulius Alexander *πρότερον μὲν*, ut ait Iosephus (bell. 5, 1, 6), *αὐτὸς τὴν Αἴγυπτον διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἄρχων* vel, ut alio loco (6, 4, 3) scribit, *πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχων*. Eum Renierius (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 31) statuit praefectum praetorio fuisse, et verum est similem locum Alexandrum apud Titum obtinuisse, quem tenebat praefectus praetorio imperatoris exercitum ducentis; sed non minus verum est praefectum praetorio imperatoris filio nullo modo attribui posse. Quaestionem decidit ni fallor titulus Aradiensis (C. I. Gr. III p. 1178 n. 4536*f*) adhuc non satis intellectus: [Ἀραδίων] ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆμος | Γάιον Πλ]ίνιον Σέκουν[δον | ἔπαρ]χον σπείρης [Θ]ρᾳ[κων | πρ]ώτης, ἔπαρχον ΝΘ . . | . . ων, ἀντεπίτρο[πον Τιβε|ρίο]υ Ἰουλίου Ἀλ[ε]ξ[άνδρου | ἐπ]άρχου τοῦ Ἰουδαι[κοῦ στρατοῦ, | ἐπίτ]ροπον Συρ[ίας] . . . . . ΩΙ λεγεῶνος ε΄ . . . . . Eum adhuc nemo vidit pertinere ad Plinium Secundum eum ipsum, cuius de naturae historia libri supersunt; sed de ea re alibi agetur. Hoc apparet redire in eo Alexandri ipsum illud cuius Iosephus meminit officium et legitime Alexandrum appellatum esse *praefectum exercitus Iudaeici*. Praeterea ter tantum ni fallor eadem praefectura memoratur, apud Tacitum et Dionem et in titulo Tomitano; nam *στρατοπεδάρχης* Luciani conscr. hist. 22 diverse accipi potest. Et Tacitus quidem ubi ait (ann. 15, 28) illum ipsum Ti. Alexandrum inlustrem equitem Romanum Corbuloni a Nerone *ministrum bello datum* esse, sine dubio significat a. 63 praefectum eum fuisse exercitus Cappadocici et adiutorem Corbulonis legati tum provinciae eius. Item huc pertinebit Theocritus qui Dioni 77, 21 dicitur factus esse *στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος*. Titulus autem ex Tomi ruderibus nuperrime prolatus (Hirschfeld *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 22) P. Aelium Ammonium equestris ordinis virum aetatis Gordianae scribit post tribunatum cohortis fuisse *ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ ἐν παρατάξει Ἀρμηνιακῇ ἐπαρχείας Καππαδόκων*, deinde praefectum alae, mox *ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ τῆς ἐπαρχείας ταύτης*, scilicet eius in qua titulus propositus est, Moesiae inferioris. Non recte opinor editores has praefecturas exercitus Cappadocici et Moesiae inferioris composuerunt cum praefecturis vexillationum, cum praesertim prior earum diserte referatur ad bellum in Armenia gestum imperante Gordiano. Mihi e contrario videtur Ammonius legatis provinciarum duarum belligerantibus adiutorem ab imperatore additum esse pariter atque Corbuloni Alexander minister datus est.

1345 Yalovadj in coemeterio.

LEG AVG PRO PR PROVINC GALAT PRYG
PISID LYCAON PAPHLAG ITEM AD CENSVS PA
PHLAG LEG LEG Ī M P F IN GERM INFER PRAETO
RI CANDIDATO IMP TRAIAN AVG GERM DA
CICI PARTH TRIB PLEB CANDID EIVSD*em xu*
VIR SAC FAC AD ACTA SENATVS Q *seuir*
EQ · R · TRIB LEG XXII P P F XVIR STLI *tib. iud.*
ET

Ramsay descripsit.

1 fin. PṬYC — 5 fin. ⁻IVSDIA — 7 fin. ST'' traduntur. — Titulus, qui videtur unus fuisse ex pluribus coniunctis, ostendit Galatiam a Cappadocia rursus divisam esse extremis annis Traiani et cum Galatia administratam non solum Phrygiam Pisidiam Paphlagoniam, sed item Lycaoniam. — Is cuius titulus est quod functus est, sub Domitiano ut videtur, cura actorum senatus quaestorius, confirmat quae de officii eius forma antiquiore alibi exposui (*Staatsrecht* 2 p. 864).

1346 Yalovadj in moschea loco alto.

AR
SANC*tissimi*
DOMINI N
ANTONINI
AVG DVCENA
RIO ET A MVSIo
SAC PE*r*PET
DEI AESC*ulapi*
PA

Ramsay descripsit celerapio usus.

6 officialis *a musio* non tessellarium opus videtur curasse, sed is esse qui item appellatur *a studiis Augusti*, quoniam huic soli salarium sestertiorum ducenorum aptum est. — 7. 8 PEPPET|DΓI traditur; em. et explevit Ramsay. — 8. 9 fortasse fuit *Aesc*[*u*]|[*l*]*a*[*pi*].

1347 Yalovadj in coemeterio.

IA I R VNO
*c*ORNVTI FIL PA*tro*
*n*O COL QVI EX LIBE
ralitate sua

Ramsay descripsit.

1348 Yalovadj in pariete moscheae.

C F SER
MODESTO AEDIL
VM SINE
s ACERDOT
ab uni V E R S O
ordine et P O P V L O
i NTEGRA
E T O B
p V B L I C A
E T
T A S

Ramsay descripsit.

1349 Yalovadj ibi ubi est n. 293.

Ↄ SEX T L · F
NO
VS · AMICO
honori S CAVSA

Ramsay descripsit.

1350 Yalovadj.

L · C O E L I V S
L · F · ANI · MIL ·
LEG · $\overline{\text{VII}}$ · EX
TEST · FAVST · L ·

Ramsay descripsit.

1351 in columna Yalovadj in coemeterio.

D POLLEN*ius*
D F SER PROC*lus*
ΔΕΚΜΟϹ ΠΟΛΛΕΝ*ι*ΟϹ
ΔΕΚΜΟΥ ΥΙΟϹ ϹΕΡΓΙΑ
ΠΡΟΚΛΟϹ

Ramsay descripsit.
1 POLLENHA, 3 ΠΟΛΛΕΝΤΟϹ, 4. 5 R pro P traduntur.

1352 in columna Gondane prope Antiochiam Pisidiae.

VENIA PONTIA
L PONTIVS A

Misit Ramsay.

1353 Yalovadj.

VV RVBRIA | porta | TERTI*o*
FRATRI | | HE*c*

Ramsay descripsit.

APOLLONIA Pisidiae (supra p. 34).

1354 *Yassi Euren four miles east of Olou Borlou, in wall of mosque.*

HERCVLI
RESTITVTORI
C · IVLIVS · HILARIO

C. Wilson descriptam dedit Ramsayo.

SAGALASSVS (*Aghlasun*) Pisidiae (supra p. 34 n. 69).

1355 ad Eph. V n. 69. Cum hoc termino reperto medio loco inter Sagalassum Pisidiae et Apameam Phrygiae inscripto FINIS CAESARIS Ñ · componendus est ineditus in vico Duwar a lacu Ascanio (hodie Buldur) ad occidentem nuper repertus a Ramsayo, secundum quem legatus Galatiae Q. Petronius et procurator L. Pupius Praesens (cf. C. I. Gr. n. 3991) eo ipso loco terminaverunt inter Sagalassenses et Neronem Caesarem.

CREMNA Pisidiae (p. 55. 975).

1356 Budjak ad fontem hora una a Cremna ad orientem.

AC
*ux*ORI CARISS*imae si*
BIQ*ue*

Ramsay descripsit.

COMAMA (inter *Ürgüdlis* et *Karibdje*) Pisidiae.

Comamae rudera nuper investigavit Ramsay inter meridiem et occidentem a Cremna in colle qui medius emergit ex valle interposita inter vicos Ürgüdlü et Karibdje (indicantur uterque in mappa Kiepertiana actorum minorum acad. Berol. a. 1879 ad p. 298). Ad eam egregius Phrygiae vetustae explorator revocavit locum Ptolemaei 5, 5, 8, ubi in Pisidia post Cremnam coloniam recensetur Κόμμακον (v. l. Κόμανα); idem oppidum videtur esse Κόμανα quam Hierocles c. 43 collocat in Pamphylia. Ut alia multa Pisidiae oppida ita Comamam quoque ab Augusto colonos accepisse tituli infra scripti patefecerunt.

1357 Comamae.

HADRIANVM *an*
TONINVM ❦ AVG ❦
*pi*VM ❦ P ❦ P ❦
L · PACCIVS · M · FIL · FAB ·
MONTANVS COMAME
NVS
PRO MERITIS QVAE PATRIA*e*
EIVS · PRAESTITIT · IN ❦
SCRIPTIO · FACTA EST
*p*ERMISSV · Q · VOCONI
SAXAE · FIDI · LEG · AVG ❦
PR ❦ PR

Ramsay descripsit.

3 in. NVM traditur. — 7 PATRIA ʻsicʼ Ramsay. — 7 similiter C. VIII, 5357 statua collocatur *firmante curatore rei publicae, accedente auctoritate proconsulum;* cf. VIII, 1296. — 10 Voconii Saxae liberae rei publicae ut noti sunt, ita sub Caesaribus stirpem duravisse aliunde ni fallor non constat.

1358 Comamae.

COL · IVL · AVGVSTAI sic
FIDA COMAMA
PACCIAN SATVRNINAM sic
PVDICISSIMAM FEMINAM
DEFVNCTAM HONORAV*it*
STATVAE OMNIA INPEN
DIA EXHIBENTE LVCIAE
PACCIAE VALERIAE SΛ
TVRNINAE FILIAE SV
AE SECVNDVM VER
BA TESTAMENTI ❦

Ramsay descripsit.

Ut litterae passim graecissant, *a* est Λ, *d* aliquoties Δ, ita sermo non solum incomptus est, sed etiam pro *a* finali passim datur *ae* vel *ai*, item 3 *an* pro *am*. — 5 HONORAVB traditur.

OLBASA (Eph. IV p. 32).

1359 ad Eph. IV n. 46. Descripsit denuo Ramsay a. 1884. Sic emenda:

AVREL NICO DV*o uir. col. sta*
TVAM DEI MARONIS *dul*
CISSIMAE PA*triae de suo*

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΝΙΚΩΝ ΔΥΑΝ*δρι*
ΚΟϹ ΤΗϹ ΚΟΛ · ΤΟΝ ΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΑ ΤΟΥ ΜΑΡΩΝΟϹ ΤΗ ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ЄΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ

1360 ad Eph. IV n. 47. Descripserunt denuo W. M. Ramsay et A. H. Smith, legentes 3 PO// IF.

1361 ad Eph. IV n. 48. Descripserunt denuo iidem sic plenius et rectius:

P · P
COLONEA IVLIA sic
OLBASENA
CVRANTIBVS L LICI
NIO BASILA ET M CLO
DIO RVFO

1 significatur *p(ecuni)a p(ublica)* vel potius *p(ublice) p(osuit)*.

1362 ad Eph. IV n. 49. Miserunt Ramsay et Smith titulum ab ipsis propter temporis defectum descriptum imperfecte et a Turco quodam incuriose charta expressam. Leguntur haec fere, quorum quae cursivis expressi, in ectypo non agnovi.

TITO/ *P* / / / / / / / /
ANI · COLONIA *OLBAS*///
EX · REDITV · EIV*s* //////
HYPSAEORVM //////
‥ CORNELIO SYN / / /
TITO QVINTIO BALB*o*//

1363 *fragment of entablature*, Olbasae.

u[*e*TERANVS · E]*t ualeria i . . . .*
sua p[ECVNIA PATRIAE *d*]*ulcissimae*
c[ΎΕΤΡΑΝΟϹ Κ· ΟΥΑΛΕΡΙΑ Ι·]

Ramsay et Smith descripserunt.

1 litterae supersunt dimidiatae; in principio traditur ᴄ pro E.

Hassan Pascha (p. 56).

1364 ad n. 305. In loco q. d. Hassan Pascha, inter rudera vici antiqui, V m. p. a parietinis Themisonii Phrygiae, hodie Tefenü, titulum denuo repperit a. 1884 Ramsay et explevit sic:

PANTHEO .
AEDEM ET
ARAM · VO
TVM
C IVLIVS C F
FAB RVFVS

VIAE CAPPADOCIAE ET GALATIAE (supra p. 35).

1365 ad Eph. V n. 77. v. 11 ΒΙΛΟ\ exemplum scriptum Ramsayi.

1366 ad Eph. V n. 79. Misit Ramsay. Errore typographi Waddingtoniani excidit v. ultimus milia numerans:

PNB

1367 miliarium magnum Comamae (vide p. 581).

IMP CAESAR
DIVI *f.* AVGVS*tus pont*
MAXIM COS XI D*e*S — ab altera parte
XII IMP XV TR *p*OT — u. c. 748 — titulus brevior
XIIX VIAM SECA — evanidus totus
CVRANTE · CORN
*a*QVILA LE*g* SVO
PRO PR *f*ECIT
CXXII

Ramsay descripsit tempore pressus litteras multis locis evanescentes.

4 debuit esse IMP · XIIII; vide quae composui mon. Ancyr. p. 25. — TROT 'sic' Ramsay. — 5 SECA non intellego. — 7 LEC traditur. — Milia Ramsay iudicat numerari a capite provinciae Apollonia Pisidiae. Legati Galatiae huius nomen alibi non repperi. Crediderim autem hoc titulo epocham coloniarum ab Augusto in Pisidia deductarum accuratius determinari.

1368 columna miliaria Gondane horis tribus et dimidia ab Antiochia Pisidiae Apolloniam versus.

reliqua
inscriptio evanuit
XI

Misit Ramsay.

1369 columna alta m. 2, lata infra c. 75, supra c. 50, rep. inter Malatiam et Kirkyeuz Küprü; indigenae eam narrant eo loco collocatam esse a sultano Murad ad indicandum locum pariter distantem hinc a Constantinopoli, illinc ab urbe Bagdad.

F B I S ' B O B
T E S I E O c I ' ı S
F . . ε H Y S

Guil. Fischbach *ingénieur en chef du Vilayet de Harpout* descripsit a. 1883, quod exemplum missum a Mordtmanno hoc loco proponitur ut cui datum erit lapide examinato emendet.

ASIA.

NACOLIA Phrygiae (supra p. 46).

1370 Sidi Ghazi.

KAPVT EX TESTAMENTO ❧ P AELI ONESIMI AVG LI / / / / / / /
CIVITATI NACOLENSIVM PATRIAE MEAE AMANTISSIMAE QVAMVIS P//
RIMVM DEBEAM PRO MEDIOCRITATE TAMEN PECVLIOLI MEI DARI VOLO
HS CC · N · EA CONDICIONE VTI ARBITRATV CORNELI '///INI ET CORNELI //
SYCI FAENERETVR EA PECVNIA ET EX VSVRIS Q////////ECTVM FVERIT P//
XIMO TRIENNIO IN SITONICO TRIBVANT VT Q//D /VOD ANNIS POSSIT E/
FRVMENTVM COMPARARI ET PERACTO TRIENNIO VOLO EIVS OMNIS PE
CVNIAE VSVRAS QVODQVOD ANNIS CIVIBVS MEIS DIVIDI POLITOGRAP/
FACTA DIE FELICISSIMO NATALI DOMINI · N · TRAIANI HADRIANI SPORT/
LI/ AVTEM PARTEM DIMIDIAM EIVS VSVRAE TRIBVI VOLO SIC VT /AR/
DIMIDIA DIE FESTO EORV ... IDIA APPELLANTVR ΓP ... R

Descripsi ad ectypum quod fecit Sterrett Americanus et dedit per Ramsayum; idem dedit descriptum.

11 EORV//// \Γ///IDIA apographum.

1 *Kaput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug. li[b.]*
2. 3 | *Civitati Nacolensium patriae meae amantissimae quamvis p[lu]|rimum*
4 *debeam, pro mediocritate tamen peculioli mei dari volo* | *(sestertium) CC*
5 *(milia) n(ummum) ea condicione, uti arbitratu Corneli ...ini et Corneli*
6 *[He]|syci faeneretur ea pecunia et ex usuris q[uod conf]ectum fuerit,*
7 *p[ro]ximo triennio in sitonico tribuant, ut q[uo]d[q]uod annis possit e[o]* |
8. 9 *frumentum comparari. Et peracto triennio volo eius omnis pe|cuniae usu-*
10 *ras quodquod annis civibus meis dividi, politograp[hia]* | *facta, die feli-*
cissimo natali domini n(ostri) Traiani Hadriani. Sport[u]|li[s] autem
11 *partem dimidiam eius usurae tribui volo sic, ut [p]ar[s]* | *dimidia die*
festo eoru[m, quae] ....idia appellantur, er[ogetu]r ....

2 notabile est Augusti libertum patriam habere civitatem Nacoleiam. Communi iure liberti etiam senatorum cives facti sunt civitatis eius, unde qui eos manumiserat originem trahebat (Dig. 50, 1, 23 pr.; cf. Savigny *System* 8 p. 48); sed ad imperatores id ius pertinuisse parum verisimile est. — 6 pecunia frumentaria Graecis est σιτωνικόν (C. I. Gr. 2140: [τοῦ σιτ]ωνικοῦ κατ[αναλισκομ]ένου; n. 3831*a*, 8: δόντ[α ἀργύριον] ... εἰς τὰ σειτωνικά; cf. n. 3422: ποιησάμενον ἐπιδόσεις χρημάτων τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι εἰς χρήματα σειτωνικά). Gregorius magnus ep. 12, 34 scribit Ciridano *curam sitonici fuisse mandatam* (cf. 1, 2). — *quotquot annis* pro *quotannis* item legitur apud Varronem de l. Lat. 5, 39. 9, 24, *quotquot mensibus* ib. 5, 47. — 8 πολιτογραφία hic non est adscriptio inter cives, qua significatione alibi legitur, sed civium recensus, pariter atque λαογραφία invenitur in papyro Arsinoitica edita a

Wilckeno in actis minoribus acad. Berol. a. 1883 p. 903. Distributio si qua civitati et omnino universitati alicui facienda erat, res ipsa requirebat ut ante diem distributioni destinatam eorum, qui admittendi essent, laterculus aut conficeretur aut certe recognosceretur, et si qua causa erat disceptandi, de iure statueretur. Ita a. a. Chr. 445 cum rex Psammetichus civibus Atheniensibus certam summam misisset civibus distribuendam, ea occasione in multos contra ius pro civibus sese gerentes iudicia facta sunt (Philochorus fr. 90 Muell.; Plutarchus Pericl. 37; Fränkel *die attischen Geschwornengerichte* p. 3). Romae quoque antequam frumentationes singulae peragerentur plebis frumentariae recensum factum esse ostendit Suetonius Aug. 20: *populi recensum vicatim egit ac ne plebs frumentationum causa frequentius ab negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensum tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet.* Recte igitur Onesimus magistratus antequam divisiones a se institutas facerent iubere potuit cives Nacolenses ita recensere, ut cui in eas pecunias ius esset ex laterculo constaret.

1371 Sidi Ghazi *in outer wall of the tekhe.*

*c*ALIDIA HELE
*n*A CALIDIAE
*g*EMELLAE FI
*li*AE MEMORIA
S

Descripsi ad ectypum, quod dedit Ramsay; idem descripsit de lapide. Litterae ex parte evanuerunt.

AMORIVM Phrygiae (p. 68).

1372 Jirekli non longe ab Amorio.

UIUS · H
TEM · M
O · PEIU

Ramsay descripsit.

DOCIMIVM Phrygiae (supra p. 47).

1373 ad Eph. V n. 102. Descriptum postea misit Ramsay; certe titulus *a* idem est, *b* autem datur sic:

R M PAL II COS a. 109

1374 ad Eph. V n. 112. Ramsay postea misit exemplum exceptum, ut ait, non ex hoc marmore, sed ex simillimo sic:

IRAITI COS SEC
XLVII ⳩

referens ad a. 100 *Traiano III cos.*

1375 ad Eph. V n. 114. Ramsay recognoscens deprehendit id ipsum quod coniectura restitui, nisi quod NTO legit pro ANTO.

1376 ad Eph. V n. 116. Recognoscens titulum collocatum alto loco in maceria moscheae Ramsay explevit sic:

LARG E MeSSAL COS a. 147
LOCO XXXVII REPR
OFF ASIAT

1 MSSSAL traditur. — Simile exemplar, sed imperfectum legitur n. 117. Eadem officina redit n. 118.

1377 ad Eph. V n. 121. Descriptam misit Ramsay sic:

VLVII RIII
B.ERT
/IAPRO

1378 Itschki Karahissar.

R VERG COS a. 69

Ramsay misit.

1379 Itschki Karahissar.

in uno latere:

AXXXXC
a. 92 C XVI COS
BCX'I N:
a. 100 /RAI N III COS
MR ANT

in altero latere:

NER VERG COs a. 97

Ramsay misit.

Anni inscripti sunt in altero latere duo 92 (ubi in. G traditur pro C) et 100, praeterea fortasse MAR ANT; in altero, ubi traditur VFR</FRGCO|, unus 97.

1380 Itschki Karahissar.

CCC LXX
B III XIIXXS
B S E C
PAL II COS XVI a. 109

Ramsay descripsit.

1381 Itschki Karahissar.

clARO II E SEVER COS a. 146
LOCO CCXXX
B TERT
OFF PELA

Ramsay descripsit. Cf. n. 114 et n. 115.

1382 in altero latere titulus legitur aetatis Christianae ΕΙC ΑΙWΝΑ ΤΟ ΜΗΜΟ-CYNON cet. Est Itschki Karahissar in muro.

B ERT

reliqua latent

Ramsay descripsit.

1383 in marmore quod videtur Synnadense; est Ak Schehr (= Philomelium).

RMPAR CLX

C R

Ramsay descripsit.

ACMONIA Phrygiae (p. 71. 977).

1384 in epistylii parte; Schabban prope Ahat Köi.

SVO PECV*nia sua*

ΤΟΥ ΤΡΙΣ ΤΟ ΟΥ ΕΞ ΑΓΟΡΑΣ

Ramsay descripsit.

EVMENIA Phrygiae (p. 71).

1385 Ischikly.

CONSTANTINO

PIO FELICI INB*icto*

SEMPER AVG*usto*

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 238.

ALEXANDRIA TROAS Mysiae (vide supra p. 55).

1386 basis statuae ex marmore albo. Tavakli (hora una et dimidia ab Alexandria Troade inter meridiem et orientem) hodie pro mortario.

*st*AT*VIS ITEM A CIVITATE ILIENSI*um clupeis?*

*e*T · STATVIS · INAVRAT · HONOR*atum*

CONSACRAVIT

manu diversa:

*si*C · XX · SIC XXX

Ectypum dedit Koldewey architectus a. 1884.

PERGAMVS Mysiae (p. 76. 978. Eph. IV p. 35).

1387 ad n. 398 = Eph. IV n. 54. Titulum, cuius partem superiorem antiqui descripserunt (inde C. III, 398), partem inferiorem nostrae aetatis viri docti (inde Eph. IV n. 54), integrum primus excepit a. 1883 Fabricius adiutor effossionum nostrarum Pergamenarum. Ara est rotunda, Bergamae in balneis Turcicis (Chatib-Pautra-Liman) posita hodie inverse et ut pars in solo lateat, refosso eo Fabricii iussu tota patefacta, nisi quod deest v. 1 pars extrema.

M AIMILIO · M · F · PAL · PROCVLO · PRAEF · FABR · M LEPIDI · AVG/ *PROCos*

palma;	patera	q u e r c u s;	patera
circa	S A C R V M	circa	corona
eam	corona	eam	
ser-	CIVITAS · PERGAMEN	ser-	
pens	H CAVSA	pens	

1388 basis alta m. 1,38, litteris altis a mill. 35 ad mill. 27, prope viam qua Bergama itur ad Dikeli a meridie vici Tabaklutscha in coemeterio Turcico.

Δ N · FL · C	/ / / / / O
Γ O M I N O	IVS ORBIS
F I L O S O F I	M A G I S T R O
V E N E R /	Ↄ P R I N C I P I
P I I S S I M O	E R A T O R I
V I C T O R I O S	MO AVGVSTO
P R O P A G A T O	I LIBERTATIS
ET REIPVBL	AE
A E C I L V L O	IVS
V C PROCON	· VIC · S · AVD
Λ N M O S V	

Descripserunt Conze et Bohn a. 1883, recognovit hic a me rogatus a. 1884.

D(omino) n(ostro) Fl(avio) C[l(audio) Iulian]o domino [tot]ius orbis, filosofi[ae] magistro, venera[nd]o principi, piissimo [imp]eratori, victorios[issi]mo Augusto, propagato[r]i libertatis et rei publ[ic]ae Aecilulo . . ius (?) *v. c. procon[s.] vic(e) s(acra) aud(iens) d(evotus) n(umini) m(aiestati)[q(ue)] su[ae?].* Iulianum appellari philosophiae magistrum novum est, sed minime mirum. Proconsul Asiae alibi quoque appellatur *vice sacra iudicans* (vide quae exposui *mem. dell' Instituto* 2 p. 310). Pro ea locutione vel altera *vice sacra cognoscens* (VI, 510) quae hic substituta videtur esse formula *vice sacra audiens* alibi opinor non legitur; de lectione VIC · S · AVD cave dubites. Nomen proconsulis recuperare non potuimus; fortasse fuit *Ae(lius) Cl(audius) Eulogius.*

1389 punctis triangulis. Bergamae in macerie coemeteerii ab ecclesia S. Iohannis orientem versus.

C F · T
et *alex*SAMEN*us?* *l*
T / MORS · FV*it*

Fabricius descripsit.
3 potest fuisse *quibus maes*Ta MORS FV*it* similisve lamentatio.

1390 tabula marmorea fracta. Bergamae in acropoli.

VXORI

Descripsit Conze a. 1883.

GORDVS Lydiae.

1391 Goerdis ad fontem.

lupa?
DIS · M

CRESCENTI · AVGG · VER
NAE · DISP · VIXIT ANNIS
LIIII

ЄΠΙϹΤΗΜΗ ϹΥΝ ΤΟΙϹ ΤЄ
ΚΝΟΙϹ ΚΡΗϹΚЄΝΤΙ ϹΥΜ
ΒΙΩ ΜΝЄΙΑϹ · ΧΑΡΙΝ

ЄΠΙΜЄΛΗΘЄΝΤΟϹ · ΠΟΥ
ΚΛΟΥΙΟΥ · ЄΥΦΗΜΟΥ ·

ЄΥΜΟΥΦΟϹ

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 p. 384.
10 Εὔμορφος signum est ut videtur defuncti.

TRALLES Cariae (supra p. 61).

1392 ad Eph. V n. 163. Edidit nuper Sterret *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 334 non recte.

NYSA Cariae (supra p. 62).

1393 ad Eph. V n. 165. Eundem titulum descripsit d. 11 Sept. 1882 medicus Luschan Vindobonensis in mansione viae ferratae Sarai-kjoi, quo dicebatur allatus esse ex Hierapoli. Exempla consentiunt. — In fine potest legi *intra sito*, scilicet intra cancellos vel maceriam; sed magis placet quod antea proposui.

LESBOS insula (supra p. 63).

1394 ad n. 451. A. Papadopulos Kerameus misit descriptam, legens 2 AΛE pro FLAB — 3 AV — 4 om. in hiatu — 5. 6 GA.IV CONϚANTION
ЄⵎΓL ΓRNMΛN

1395 ad n. 452. Misit idem, legens 2 ЄB MAX — 3 in. N om. — 4 PATRI AVGC (AN om.).

VIAE ASIAE (vide supra p. 64).

1396 ad Eph. V n. 173. Ex parietinis q. d. Καβακλὴ-Δεϛὲ sub Bel Caivèh, ubi posita fuit inversa, basis adlata est ad fontem faciendum eum in quo nunc extat. Edidisse se in eph. mihi non visa Ἀνατολικῇ Επιθεωϛήσει a. 1 (1873) p. 297 scripsit mihi A. Papadopulos Kerameus. Legit sic: ΔΔΔΔ NNNN | FL CPATIANO | /ALENTINIAN | TH/ODOSIO | ET //NEAOI PI|SSIMIS SEMPE. Scribendum erit 5. 6 ET ARCADIO PI|SSIMIS.

1397 ad Eph. V n. 174. Hunc quoque titulum bilinguem esse monuit Ramsay et explendum ita:

M' · AQVILLIVS · M' F
CoS
V
ΜΑΝΙΟΣ ΑΚΥΛΛΙΟΣ
ΜΑΝΙΟΥ
ΥΠΑΤΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ
E

1398 ad Eph. V n. 175. Edidit nuper Sterret *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 333 suppletum imperite.

1399 ad Eph. V n. 177. In via ab Acmonia per Appiam Cotiaeum et inde Dorylaeum *in a cemetery beside the Hammam Su, 1¼ hours north of Islam Keui* versus Tunlu (non Tutum) Bunar.

inscriptionis evanidae vestigia

M̄ IA IA

TANTINUS

P F INUICT/S AVG /T UAL

LICINNIANUS LICINNIUS P F INU a. 317/323

ICTUS /US

spatium vacuum pedis unius

KI IOY KAI

KINION

ΩNCTANTCINON

ΓΩN CΠIΦANCCTA

KAICAPΩN TΩN

Ramsay titulum admodum detritum bis frustra temptatum tertio itinere m. Iul. a. 1883 legit. Numerus M̄ IA videtur superesse ex titulo qui periit. Sequitur [*domini nostri Flavius Valerius Cons*]*tantinus p*(*ius*) *f*(*elix*) *invict*[*u*]*s Aug.* [*e*]*t Val*(*erius*) *Licinnianus Licinnius p*(*ius*) *f*(*elix*) *invictus* [*A*]*ug*(*ustus*) [καὶ] Κρ̣[ίσ]πον καὶ [Λι]κινίον [καὶ Κ]ωνσταντεῖνον τῶν ἐπιφανεστάτων Καισάρ̣ων. Mire perturbantur cum linguae duae tum casus.

1400 hora una ab Eskischehr sive Dorylaeo sept. versus in vico Mutallib *on the opposite side of the Tembris valley.*

? e x a u c t o r i t a t e
? f o r t ISSIMOR AV
GV*storum l.* SEPTIMI SEVERI
PII *Perti*NACIS AVGVSTI ET
5 M · AVR · ANTONINI AVGVS
TI · ET · P · SEPTIMI *getae* CAE
SARIS A DORYLAEO CoTIA

T. R. S. Sterrett descriptam dedit per Ramsayum, testatus in fine nihil deesse.

Cotiaeum est a Dorylaeo ad meridiem.

1401 in via Eucarpia Connos (cuius mansiones a Ramsayo sic ordinantur: Eucarpia = Mentesch — VII — Hierapolis = Kotsch Hissar — IV — Bronzos = Kara Sandyklü — XII — Kidyessos = Kutsch Eyuk in Sitschanlü Ova — IX Conni = fortasse Büyük Tschorqia inter sept. et occ. ab Afium Karahissar) hora dimidia ab ruderibus Hierapolis in coemeterio medio inter vicos duos cognomines Kuyujak appellatos.

bb NN ΑΓΑΘΗΤΥ

IMPP bIOCLETIANI

ω ΑΙωΝΙωΙ ΛωΝ

ЄT MAXIMIANI

INVICT ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ

ΤΟΥC ЄΓ Μ ΑΥΡ ΞΙΟΚΛΗΤΙΑΙ ЄΒΑ

AVS

ΦΑΝЄCΤΑ ΗΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ

ΤΟΥC ΚΑΙ ΙЄΡΟΠΟΛЄΙΤωΝ

CΑΡΑC ΦΛΑΟΥΑΛ

ΠΟΛΙC

v ON

ΚΑΙΓΑΛ-ΟΥΑΛ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟ Ι

N M

Η ΙЄΡΟΠΟΛЄΙΤωΝ

ΠΟΛΙC

Descripsit Ramsay ediditque in commentario *the cities and bishoprics of Phrygia (reprinted from the Journal of Hellenic studies* a. 1883) p. 61.

Inscriptio primaria (quamquam haec et ipsa incisa videtur super titulum cuius reliquiae a dextra supersunt) haec fuit: Ἀγαθῇ τύ[χη. Τ]ῷ αἰωνίῳ αὐτοκράτορι Μ. Αὐρ. [Κάρῳ] ἡ λαμπροτάτη Ἱεροπολειτῶν πόλις, ubi mox sublato nomine aut Cari aut (si quidem vere in lapide est, ut esse ait Ramsay, linea post ΑΥΡ) Probi substitutum est Diocletiani, ut M. Aurelii praenomina remanerent nec substituerentur vera Diocletiani C. Aurelii Valerii. Eidem columnae deinde alter titulus inscriptus est hic: *dd. nn. impp. Diocletiani et Maximiani invict(orum) Aug(ustorum):* τοὺς ἐπιφανεστάτους Καίσαρας Φλα. Ουαλ. [Κωνστάντι]ον καὶ Γαλ. (in lapide esse ΓΑΛ, non quod requiritur ΓΑΛ adnotat Ramsay) Οὐαλ. Μαξιμιανὸν ἡ Ἱεροποκειτων πόλις μί(λια)..., eadem confusione linguarum casuumque, quae observatur n. 1399. Notabile est in hoc titulo in Oriente reperto Constantii nomen erasum esse, relictum Galerii; id quod in Occidente in contrarium vertitur.

1402 columna magna, Jaraschli, ubi fuit Tacina (conferri iubet Ramsay locum geogr. Rav. p. 106, 4, ubi est *Tagina,* et titulos C. I. Gr. 3956*b. c* cum add. p. 1106), *five miles N.W. from Deuer and Yasikkeui, at west end of Bouldour lake.*

m' aquillius m' f.

COS

CCXXIII

μα[ν]ΙΟC ΑΚΥΛΛΙΟC ΜΑΝΙΟΥ

ὑΠΑΤΟC Ρωμαίων

ϛΚΓ

W. M. Ramsay et A. H. Smith reppererunt miseruntque.

Viae Epheso Tralles extant miliaria duo, V (Eph. V n. 174) et XXIX (C. III, 479). Ad eiusdem continuationem hoc miliarium referrem, nisi moneret Kiepertus viam Epheso per Tralles et Laodiceam ad Jaraschli vix superare potuisse numerum mil. CLXXXVIII. — Ramsay adnotat stetisse miliarium in Asia provincia extrema; nam Tacinam oppidum ea compre-

hendi praeter miliarium hoc eo quoque probari, quod in titulo ibi invento C. 3956 *b* = le Bas n. 1700 nominatur proconsul Tarius (non Tatius) Titianus. E contrario vicum Deuer a Tacina proximum fuisse sub legato Galatiae intellegitur ex supra adnotatis n. 1355.

1403 Elles ad ripam septentrionalem lacus Buldur, quod oppidum Gustavus Hirschfeld (in actis minor. acad. Berol. 1879 p. 322) iudicat fuisse quae Ἴλουζα est Hierocli p. 667 in Phrygia Pacatiana.

ΤΟΝ ЄΠΙΦΑ
ΝЄϹΤΑΤΟΝ
ΚΑΙϹΑΡΑ ΚѠϹΤΑΝΤΙΝΟ
Η ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ ΟΔΗΜΟϹ ΚΑΙ
ΚѠϹΤΑ
DD NN
FL · CL · CONSTANTINO MA
XIMO AVG
ET
FL · CL · CONSTANTINO · AVG
ET
FL · CL · CONSTANTIO AVG

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

6 versum non perscriptum esse ait Smith. — Uterque titulus tam Graecus quam Latinus ab imperito scriptore conceptus est. Priorem cum fortasse destinasset Constantino II patre vivo, perscripto lapide fratrem fratresve addere coepit. Posteriorem Constantini I defuncti liberis dedicare voluit, sed natu maximum bis enuntiavit, secundum Flavium Claudium dixit pro Flavio Iulio, tertium Flavium Iulium Constantem aut omisit aut latet is in primogenito bis nominato, quamquam qui *dd. nn.* scripsit, non de tribus, sed de duobus Augustis cogitavit. Omnino hoc solum inde apparet Constantino I defuncto per aliquod tempus Phryges ignorasse, quinam sibi imperarent.

1404 litteris admodum rudibus; V sic est U, C et G vix differunt. Elles.

ddd nnn
IMP CAES
GAL VAL
MAXIMEINO a. 308/312
P · F · INV · AVG · ET
IMP CAES FL VAL
CONSTANTINO
P · F · INV · AVG · ET
IMP · CAES *ual*
*licin*IANO
ΛOΝΙ
M̓ CIX

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

Inter 10 fin. et 11 videntur erasa esse verba LICINIO · P · F · INV · AVG. — 11 *a* lAODI*cea* interpretatur Ramsay. — Maximinus quamquam a. demum 308 Augustus factus est, cum Constantinus Augustus creatus esset a. 306, Licinius a. 307, nihilominus et in hoc titulo primum locum obtinet et in altero Norico C. III, 5565; scilicet a. demum 312 *senatus*, ut ait auctor de mort. persec. c. 44, *Constantino virtutis gratia primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat.* Ad id senatus consultum formata sunt miliaria Italiae superioris C. V, 8021*a*. 8060. 8963; scilicet ibi Constantinus primus est, Maximinus secundus, tertius Licinius. — Caput viae si fuit Laodicea Phrygiae, ut iudicat Ramsay, Elles vicum sequitur finibus provinciae Asiae comprehensum fuisse et lacum Buldur eam provinciam a Pisidia separasse.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM ASIAE (supra p. 66).

1405 sub vasculo cretaceo rep. Pagi ad Smyrnam.

OI/APE

EVHODI

Misit Papadopulos Kerameus a. 1884.

ACHAIA.

DELVS insula (v. p. 66).

Egregius quem nuper Theodorus Homolle edidit commentarius de Delo Romana (*les Romains à Delos: Bull. de corr. Hellénique* vol. 8 a. 1884 p. 75—158) insulae condicionem, qua septimo potissimum urbis saeculo fuit, et universum rerum Romanarum in his partibus statum clara novaque luce illustravit. Nos autem artis finibus Latine scriptorum monumentorum colligendorum adstricti eo officio ita defungimur, ut qui ipsam rem recte et plene noscere cupiat, eum ad Homolliana ablegemus. Hoc unum dolendum est, quod ex tanta copia monumentorum, quantam Gallorum effossiones Deliacae prodiderunt, bona pars adhuc in schedis delitescit.

1406 ad Eph. IV n. 76. In inventario donorum factorum aedi Apollinis Delii scripto Archonte Demare anno circiter a. Chr. 180, u. c. 574, edito ab Homollio *bull. de corr. hell.* 6 p. 45 v. 147. 148 sic legitur: *στέφανον χρυσοῦν ἐπιγραφὴν ἔχοντα: 'Μίνατος Μινάτου Τήιος Ῥωμαῖος ἐκ Κύμης ἀνέθηκεν'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Λεύκιος Ὄππιος Ῥωμαῖος Ἀπόλλωνι χαριστήριον'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Κίντος Πλίνιος Ἀπόλλωνι εὐχήν'.* Primum secundumque horum Homollius (*bull. de corr. hell.* 8 p. 88) apte composuit cum duobus magistris Mercurii et Maiae nominatis in titulo n. 76 loco primo secundoque *L. Oppio L. f.* et *Minato Staio Ovi f.*; certe ille quominus idem sit nihil impedit.

1407 basis marmorea fracta lata m. 0,34, alta m. 0,48, crassa m. 0,21, rep. Deli a. 1881.

PHILONICVS
LARIBVS · D

Hauvette-Basnault descriptam dedit Homollio, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 128.

1408 parvum epistylium Doricum longum m. 1,27, altum m. 0,21, crassum m. 0,29. Rep. a. 1879 m. Iulio Deli in porticu Philippi extrema meridiem versus.


IVS·C·L· MANIOΣ MAAPKIOΣ MANIOY NEME*ριος*
VS·N·F MAAPKOΣ ΛC / / ΛIOΣ KOINTOY ΣΠOPI*ος*
CERVN*t* OI EPMAIΣTAI EPMEI KAI MAIAI TON NAO*ν*

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 97.

1, 3 fin. hiatus non adnotatur. — 2, 2 fortasse fuit ΛOKIΛIOΣ; Homollius proposuit et ΛOΛΛIOΣ et ΛOYIΛIOΣ.

Similem titulum edidimus Eph. IV p. 42 n. 76. Videntur hic quoque sex magistri nominari M.' Marcius M.' (f. vel l.), N. ...., ... ius C. l., M. Lucilius (?) Q. (f. vel l.), Sp. ...., ...us N. f., quorum primus et quartus integri fere leguntur Graece, secundi quintique praenomina item Graece, tertii et sexti extrema vocabula Latine. — Praeterea notabilis est dativus Ἑρμεῖ hic rediens. — Νεμέριος Graecis usitatum est (Dittenberger in Herma 6 p. 297).

1409 epistylium Ionicum formae eius, quae infra cernitur; rep. Deli in foro septentrionali ante porticum Hermaistarum ad occidentem e regione cubiculi ex quo prodiit statua C. Ofellii Feri (*bull. de corr. hell.* 5 p. 390).



inser. Lat. litt. c. 15 | ↄ · C · L · L . CA|ECILIVS| · A · L · Z|EPHV|RV|*s* *a*|GATHOCLE|*tis f. t. popillius p. . . mag. mercurii*

λεύκιο|Σ·ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ ΑΥΛΟΥ·Ζ|+ΥΡΟΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥ|Σ ΤΙΤΟΣ ΠΟΠΙΛΛΙΟΣ ΠΟ|ΠΛΙΟΥ ΟΙ ΕΡΜΑΙΣΤΑΙ //Μ

insor. Graec. litt. c. 8

in alio eiusdem tituli fragmento

TAX

Homollius, qui ipse non vidit, descriptam misit edicitque *bull. de corr. hell.* 8 p. 118.

Supersunt nomina magistrorum quattuor . . . . *s C. l.; L. Caecilius Auli l.* (= [Λεύκιο]ς Καικίλιος Αὔλου); *Zephuru*[*s A*]*gathocle*-[*tis f.*] (= Ζ[έ]φυρος Ἀγαθοκλέους); [*T. Popillius P.*] *f.* (vel *l.*) (= Τίτος Ποπίλλιος Ποπλίου).

1410 basis marmorea cum foramine in parte summa, lata m. 0,38, alta m. 0,26, crassa m. 0,32; iuxta reperta est statua Herculis finiens in Hermae figuram. Deli rep. ibi ubi prodiit n. 1411.

M · ORBIVS · M · F
MAG
ITALICEIS

Similes sunt tituli Deliaci Graeci tres, unus quem Hermaistae Apolloniastae Posidoniastae facti anno u. c. 657 (*ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Κορνηλίου Λεντόλου καὶ Ποπλίου Λικινίου Κράσσου*) dedicant *Ἡρακλεῖ καὶ Ἰταλικοῖς* (*bull. de corr. hell.* 4 p. 190); alter quem iidem facti anno 680 (*ἐπὶ ὑπάτων Λευκίου Λικινίου Λευκόλλου καὶ Μαάρκου Αὐρηλίου Κόττα*) numero duodecim dedicant *Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικοῖς* (*bull. de corr. hell.* 8 p. 146); tertius anni incerti quem Philostratus Ascalonita *τραπεζιτεύων ἐν Δήλῳ* consecrat *Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικοῖς* (l. c. p. 128). — *M. Orbius M. f.* qui hunc posuit potest esse dux Deliorum contra Apellicontem is de quo egi ad n. 1423 Athenaeo dictus Orobius.

1411 litteris miniatis. In gradu alto m. 0,15, crasso m. 0,51, qui gradus olim subsellium marmoreum sustinuit, reperto loco antiquo, Deli ad forum septentrionale *dans une petite annexe de forme triangulaire, située à l'angle N.O., dans le voisinage du lac sacré* m. Aug. a. 1880.

C · MARCIVS · C · L · TRVPHO · A · PACONIVS	uno versu
L · L · ALEXANDER · L · MVNDICIVS · L · L ·	sub titulo rudi
DIONVSIVS · A · RAECIVS · N · L · ALEXANDER	stilo delineatus est lynter
L · NOVIVS · L · L · DARDAN	et ornamenta

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8. p. 145.

1412 litteris altis cent. 18 in lapidibus olim iuxta positis XVII qui iuncti longi sunt m. 9,44. Deli rep. in foro inter sept. et occ.

|CE|L·C·|VIG|IV|S·M·F·|M·M|AGVLN|IV|S·M·|F·|N·M|AECIV|S·|L·|L·A|NO| |Q·F·MA|

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184.

1413 Deli rep. in foro inter sept. et occ.

MAG · FA*c cur*

N · RAECIVS · M · F
ELLIVS·T·F
IVS · M · F
· A·L·ANTIM
TRATI
/CON
O
OL

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; idem ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 186 (cf. p. 144).

1414 tabulae marmoreae duae, prior longa m. 1,93, alta m. 0,17, crassa m. 0,30, posterior longa m. 0,87; rep. Deli ibi ubi prodiit n. 1411.

fac|IVNDA · COERAVERE · M · AEMILIO · LEPIDO · Q · LVTATIO · CATVLO · COS a. u. c. 676

Priorem tabulam Homollius repperit, posteriorem Reinach; prodierunt *bull. de corr. hell.* 8 p. 144. 184.

1415 tabula marmorea longa m. 0,67, alta m. 0,19, crassa m. 0,40, rep. Deli cum n. 1411.

FLAMINIVS · L · F ·

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 145.

1416 tabula marmorea longa m. 1,20, alta m. 0,17, crassa m. 0,37, rep. Deli cum n. 1411.

HASCE · SEDES ·|

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 144.

1417 alta m. 0,15, longa m. 0,15. Deli.

L · LIC|*inius*
M · AVR|*elius*

Reinach misit descriptam.

1418 duo fragmenta (prius *architrave avec oves et perles,* alterum *chapiteau quadrangulaire*) scripta litteris iisdem, rep. Deli in foro.

POPILLIVS| |NIVS · |

Reinach misit descripta ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184. 185.

1419 fragmenta epistylii complura litteris cent. 13, rep. Deli in foro in medio latere orientali.

|Q · L| |-VVS · C| |L · ADV| |IVS| |POR|TI|CVM /A/| |F| |O| |C · L|
|S · DE| |NT| *it*|ALICEI|

Reinach *bull. de corr. hell.* 8. p. 185.

1420 alta m. 0,35. Deli rep. in foro ad occidentem.

*magist*REI · PORTICVM ·

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 185.

1421 fragmenta plura litt. altis c. 17 rep. Deli in porticibus Hermaistarum.

OR CVF S T S^ M G N I DE O K

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 117.

1422 Deli ad agorae latus septentrionale exedrae applicitae erant formae quadratae, statuis proponendis destinatae et pulcherrime ornatae. In una earum reperta est statua operis egregii repraesentans virum nudum in genua procumbentem; caput deficit, iuxta virum cernitur galea formae quae dicitur Boeoticae. Brachia quae desunt tenuerunt sinistrum sine dubio clupeum, dextrum fortasse gladium. Pictam statuam dedit Reinachius l. infra citato p. 173. Prope eam statuam reperta est ei aptata basis longa m. 1,25, lata m. 0,80, alta m. 0,23, litteris Latinis altis mill. 25; facta fuit ex lapidibus tribus coniunctis, quorum primus deficit, medius angulum ad sin. habet paullum effractum, tertius integer est et adest margo, cum post FVERE spatium vacet elementi unius et dimidii.

.... VM · ALEXANDREAE · I T A L I C E I | · QVEI · FVERE
*uirtu t*IS · BENEFICIQVE · E R G O
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ
ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Reinach misit et descriptam et charta expressam; edidit *bull. de corr. hell.* 8 a. 1884 p. 178 (cf. ibidem p. 109).

Tabula marmorea lata m. 1,02, alta m. 0,26, crassa m. 0,365, rep. Deli ad agorae latus septentrionale *dans une petite salle rectangulaire qui devait être decorée d'un banc de marbre et de statues* HOMOLLE. Prodiit igitur eo ipso loco unde supra posita basis emersit.

ΤΗΝ ΟΙ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΙ
ΟΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 108.

Titulus artificis cum ita exaratus sit, ut secundus versus utrimque una littera brevior sit quam prior, si Latina simili aequabilitate disposita fuerunt, in principio versus prioris desiderantur litterae c. 22, nimirum sex quae respondebant deperditis VIRTVT, sedecim autem scriptae super spatium in secundo versu post ERGO vacuum relictum. Sed potest item versus secundus pariter atque primus a margine incepisse; parum igitur constat de numero litterarum deperditarum. Prima littera a Reinachio in re praesenti sic excepta Γ V M, cum in ectypo cernatur ⟋ V M, potest fuisse I vel T.

Inscriptionem plane singularem sic opinor redintegrandam esse nomine scilicet exempli causa posito: [*C. Marium C. f. lega*]*tum Alexandreae Italicei quei fuere* [*cum eo ibi virtut*]*is beneficique ergo.* [Γάιον Μάριον Γαίου πρεσβευ]τὴν οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [σὺν αὐτῷ γενόμενοι Ἰταλικ]οὶ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν]. Accusativus pro dativo Latinis solito non offendit in titulo bilingui dedicato in Graecia; similiter in Argivo C. III, 532 dedicato a. u. c. 687 legimus: *Q. Maarcium Q.* [*f. Regem*] *Italicei quei negotian*[*tur Argeis*], item Κόιντον Μαάρκιο[ν Κοίν]του υἱὸν Ῥῆγα Ἰταλ[ικοί] cet. — Ad *legatum* et πρεσβευτήν cum vestigia ducunt tum titulus alter Deliacus (C. I. Gr. 2285*b*) cum hoc eo certe nomine coniunctus, quod statuarius idem subscriptus est: Γάιον Βιλλιηνὸν Γαίου υἱὸν πρεσβευτὴν Ῥωμαῖοι οἱ ἐν Δήλῳ ἐργαζόμενοι εὐεργεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Αγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος ἐποίει, Ἀρίστανδρος Σκόπα Πάριος ἐπεσκεύασεν [1]). — Quae sequuntur verba linguae Latinae leges non sinunt ita accipi, quasi scriptum foret *Italicei quei fuere Alexandreae;* nam ab eiusmodi transpositione sermo legitimus abhorret, nec perfectum ita recte positum est, cum hosce titulos dedicare soleant qui alicubi *consistunt* vel *negotiantur.* Ab altera autem parte *Alexandreae* si coniungitur cum iis quae praecedunt, ut omnino iungendum est, verba *Italicei quei fuere* absolute posita quomodo explicari possint non perspicio; nam de quo cogitavi Italicos negotiatores maiore ex parte Latini iuris homines civitate impetrata post bellum sociale antiquum nomen cum novo civium Romanorum permutavisse, id eo refellitur, quod reliqui quidem tituli recentiores utuntur civium Romanorum vocabulo, sed titulus Deliacus anni 680 (vide ad n. 1410) et duo tituli Argivi anni 685 (*Q. Caecilio C. f. Metelo imperatori Italici quei Argeis negotiantur* C. III, 531) et 687 (vide supra) antiquam consuetudinem retinent, retinetque item auctor Caesarianus *bell. Afr.* 36. Praeterea haeremus in Graecis, quae hisce Latinis respondere paene certum est; nam quod superest οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ . . . . . οι ostendit titulum positum esse ab Italicis morantibus moratisve Alexandreae. His difficultatibus ita obviam ire volui, ut urbis vocabulum et ad legatum referretur et ad Italicos supplemento admisso incerto sane, sed quod ipsum non offendat et ad utriusque tituli reliquias facile aptetur. — Aetas tituli determinatur eo quem supra rettuli et huiusce quodammodo gemellum esse demonstravi C. Billieni. Hunc enim intellexit Boeckhius esse C. Billienum eum qui teste Cicerone (Brut. 47,

---

[1]) Eadem subscriptio (Ἀγασίας — ἐπεσκεύασεν) est in tertia basi nuper reperta Deli edita *bull. de corr. hell.* 5 p. 462.

175) *consul factus esset, nisi in Marianos consulatus* (a. u. c. 650—654) *et in eas petitionis angustias incidisset*, cum praesertim legatus ita nude dictus non conveniat nisi liberae rei publicae temporibus [2]). Fortasse etiam Q. Pompei Rufi cos. a. 666 eoque anno caesi statuam idem Agasias sculpsit (cf. infra n. 1424). Quinam autem fuerit qui hoc titulo honoratur et is quid beneficii in Italicos contulerit, nobis tum datum erit scire, cum forte fortuna reliqua tituli pars prodierit. Statua haec bellatoris occumbentis quamquam nuda est neque ita comparata, ut honoratorum virorum imagines effingi solent, nihilominus ducem aliquem aetatis illius repraesentet necesse est (comparat Robertus noster statuam similem item Deli repertam C. Ofellii M. f. Feri editam *bull. de corr. hell.* 5 p. 391) eumque civem Romanum; nam Graeco homini legati vocabulum, modo id recte restitutum sit, parum convenit. Beneficium quo qui honoratur Italicos affecit, coniunctum fortasse cum eius interfectione in proelio aliquo, verisimile est spectare ad res gestas in Aegypto. Hoc enim effossiones Deliacae demonstrarunt septimo urbis saeculo insulam tamquam commune caput fuisse Italicorum in Oriente versantium et si quem ii honorare vellent, saepe statuam dedicavisse apud Apollinem Delium. Addam titulum Deliacum et re et tempore ab hoc nostro non abhorrentem item editum ab Homollio *Bulletin* 8 p. 107: *Ῥωμαίων οἱ εὐεργετηθέντες ναύκληροι καὶ ἔμποροι ἐν τῇ γενομένῃ καταλήψει Ἀλεξανδρείας* (a. ut videtur p. Chr. 126, u. c. 628) *ὑπὸ βασιλέως Πτολεμαίου θεοῦ Εὐεργέτου Λόχον Καλλιμήδου* (cf. C. I. Gr. 4896) *τὸν συγγενῆ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς Ἀπόλλωνι.*

---

[2]) Cf. vol. I n. 562. 605. Decretum quoque Gythiensium factum in honorem N. et M. Cloatiorum M. f. (Lebas et Foucart n. 242 *a*: Dittenberger syll. n. 255) quos nominat Γάιον Ιούλιον πρεσβευτὰν καὶ Πόπλιον Αὐτρώνιον πρεσβευτὰν καὶ Φούλβιον πρεσβευτάν, et ipsi eiusdem aetatis sunt. Antonium qui ibi nominatur (ἐν τῷ ἐπὶ Τιμοκρατέους ἐνιαυτῷ, ὅτε Ἀντώνιος παρεγένετο) recte Waddingtonius (apud Foucartum l. c.) negavit triumvirum intellegi; sed quem proposuit C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam propterea quod is imperante Sulla a. 671 in Achaia Graecos vexavit, cum eo tempore tribunus militum fortasse esset, non magis sic nominari potuit. Immo intellegitur dux missus contra piratas aut pater M. Antonius orator praetor pro consule a. 651 aut filius M. Antonius Creticus a. 680, potius autem pater propter orthographiam antiquiorem.

1423 in pariete marmoreo vel potius basi praegrandi fortasse statuae equestris (lapides alti sunt m. 0,72, margo inferior m. 0,38), quae basis extat loco antiquo Deli a propylaeis ad septentrionem, legitur a parte quae est ad occidentem titulus longus m. 2,10 litteris altis c. 10 scriptura continua uno versu. Picturam monumenti dedit Reinach l. c. p. 173. A parte altera ad orientem cum marmora rudia manserint, videtur deficere basis latus alterum inscriptum fortasse et ipsum.

L·CORNELIVS·L· =
= F·SVLLA·PRO·COS

a. u. c. 667

Repraesentavi ad ectypum, quod misit Samuel Reinach, quoniam utile fuit formam litterarum depingere. Edidit idem *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 172.

Litteratura cum vetet titulum referre ad cognominem hominem posterioris aetatis, tituli quoque qui reperti sunt Deli pertineant fere ad tempora liberae rei publicae, hic scriptus sit necesse est in ipso principio anni secuti eum, quo Sulla fasces gessit, id est ineunte a. u. c. 667, aut ante quam Sulla in Graeciam venit aut certe ante quam Mithridatem primum vicit; nam mox cum imperatorem acclamatum esse dubium non est et propterea proconsulis vocabulum deposuisse. Nec cur honoratus sit latet. Pace rupta inter Romanos et regem Ponti Mithridatem cum Athenienses ab illis descivissent, Delus insula, quae eo tempore Atheniensium erat, in fide mansit (Appianus Mithr. 28: *Δῆλον ἀφισταμένην ἀπὸ Ἀθηναίων*), omnino propter cives Romanos magno numero ibi degentes, et rem publicam suam sibi constituit. Hoc scilicet aperuit qui nuper ibi prodiit titulus (edidit Homollius *bull. de corr. hell.* 8 p. 133): *Μάαρκον Ἀντώνιον Μαάρκου υἱὸν στρατηγὸν ὕπατον* (cos. a. 655), *τιμητήν* (censor a. 657) *Δήλιοι τὸν ἑατῶν πατρῶνα Ἀπόλλωνι Αρτέμιδι Λητοῖ*, commune Deliorum adgnoscens, quod Atheniensibus dominantibus nullum fuit. Itaque cum titulus ante coeptum bellum Mithridaticum scribi non potuerit, potest, ut pervidit Homollius, dedicatus esse ipso a. 667, quo Antonius periit interfectus propter studia partis Sullanae a factione Mariana, sive Delii illi eum honorarunt etiamtum vivum, sive post mortem statuam posuerunt patrono rei publicae causa mortem crudelem perpesso (cf. n. 1424). Delios, cum ab Atheniensibus descivissent, horum dux Apellicon adgressus est; sed devicit eum Orobius sive quo alio nomine fuit (cf. supra n. 1410 *M. Orbius M. f.*) *στρατηγὸς Ῥωμαίων φυλάσσων τὴν Δῆλον* (Athenaeus V p. 214). Eum cum habere nequeamus pro praefecto insulae iure ordinario constituto (videantur quae composui in hist. Rom. 1[7] p. 550 et ad vol. X n. 6785), praefuit ei aut electus a civibus Romanis in insula constitutis urgente necessitate aut eo missus belli causa a Sulla aliove quo magistratu Romano. Quam gratus autem vel nuntius Sullae adventantis civibus Romanis Deli morantibus accidere debuerit, facile intellegitur, eaque sine dubio causa fuit huius dedicationis. Facta autem sit necesse est ante quam Archelaus dux Mithridatis cum classe Delum invasit eamque hominibus caesis ad viginti milia Italicis plerisque et vastatis omnibus ita prostravit, ut ne post victoriam quidem resurgeret (Appianus l. c.; Pausanias 3, 23; Strabo 10, 5, 4). Nam quamquam clades a piratis inlata a. 686 (Phlegon fr. 12 Muell.: *Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο· Γαίος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆ πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον*) coeptum exitium consummavit, nec desunt in insula monumenta Mithridatis obsessione posteriora, tamen post hanc numquam ne adspiravit quidem ad vetustum splendorem. Itaque non mirum est Deli ea potissimum monumenta eruderari, quae sub ipsum excidii tempus perfecta coeptave essent. — Duo autem tituli hic et is qui sequitur collegae Sullae Q. Pompeii Rufi sine dubio honorariis accensendi sunt quamquam perscripti casu primo; nam aliquod opus a Sulla proconsule et Rufo consule Deli factum esse et per se difficultatem habet, cum vocabulum faciendi vel dedicandi raro omittatur, et re quod ad illum attinet parum credibile est, in hoc autem paene ineptum. Quam ob rem crediderim in monumento plurium statuarum Deli dedicato et dedicationem perscriptam esse et singulis statuis singula nomina adscripta, pariter atque factum est in fornice Fabiano (C. I. L. I p. 278) et in monumento aevo Augusto Olympiae dedicato in memoriam L. Mummii et decem legatorum (*archäolog. Zeitung* 1878 p. 86), quod apte comparavit Reinachius. Nam in eiusmodi elogiis primus casus sollemnis est a dedicationibus abhorrens (l. c. p. 277).

1424 basis statuae composita tribus lapidibus, quorum secundus solus scriptus est, alta m. 0,18, lata m. 1,10, scripta litteris inconditis. Deli *non loin de l'angle nord-ouest de l'agora dans un mur courant du nord au sud.*

Q·POMPEIVS·Q·F·RVF
COS

cos. a. u. c. 666

Dedi ad ectypum, ut de litterarum forma iudicari posset; misit id Reinach, qui item edidit *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 181.

Q. Pompeius Q. f. Rufus is qui fasces gessit a. 666 cum Sulla et periit consul etiamtum, honoratus est a civibus Romanis Deli morantibus post mortem ni fallor, una cum Sulla et propter Sullam, quem collegam et consocerum adiuvans rei publicae causa occubuerat. Non absimile veri est Delios, cum de Sullae adventu certiores facti essent et propterea ipsi statuam ponendam decrevissent, simul honoravisse primarios viros earundem partium a Marianis interfectos, in his Q. Rufum et M. Antonium.

Prope inscriptionem (*quelques mètres plus loin vers le nord*) reperta sunt una cum statuae viri reliquiis formae maximae tituli Graeci fragmenta haec ita a Foucartio aliisque coniuncta et expleta, edita autem a Reinachio l. c. p. 181. 182:

κόιντον πομπήιο Ι̣Ν̣ ΚΟΙΝ̣|του υἱὸν |ΡΟΥ|φον
ῥωμαίων οἱ ἐν δή̣λῳ̣ ἐργαζόμενοι
εὐεργεσί|ΑΣ ΕΝ|εκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν
|ΑΓΑΣΙΑ|ς μην|ΟΦ|ίλου |ΕΦΕ|σιος
ἐ|ΙΟ|ίει

At ipse Reinachius observat fragmenta duo ΑΓΑΣΙΑ et ΟΦ superne plana ita comparata esse, ut ad primum tituli versum necessario referendi sint; fragmentum autem in quo est ΑΣΕΝ item referri posse ad titulum restitutorium Agasiae subscriptum finientem in ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ (v. p. 601). Praeterea offendit versus secundus, cum consulem Romanum si cives Romani soli honorassent, vix Graece titulum concepissent. Fortasse Delii magis titulum hunc dedicarunt iidem qui M. Antonio statuam posuerunt (cf. p. 604).

1425 Deli rep. ad portum ibi fere ubi est n. 1423.

ΙΝ Ι Ϲ V Ͻ
ANVS · MAR · L · DA
VS · MAR · A · L · DA
L · TECTOR
SEI E

Recognovi ut potui ad ectypum missum a Reinachio, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 175.

ARGI (p. 84. 984 Eph. IV p. 188).

1426 ad n. 532. Melius descripsit Le Bas inscr. vol. II n. 124 (cf. Foucart in comm. p. 57) sic:

Q · MAARCIVM · Q
ITALICEI · QVEI · NEGOTIAI
KOINTON MAARKIO
TOY YION ΡΗΓΑ ΙΤΑΛ

ubi nota formam elementi Graeci Ρ.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM (supra p. 66).

1427 Amphorae repertae Deli.

1	ALEXΔ	in collo
2	AΓOLOD	in ansa
3	AMOR	in ansa
4	BARN	in collo
5	CERDO	in collo
6	M CLAVDI	in ansa
7	DACVS	in collo
8	DASIVS	in collo
9	MEN	in ansa
10	ΓIL · BETIL · M	in ansa
11	C RVP	in ventre
12	TEVCI	in ansa
13	ZOR	in collo
14	//CAE ƎVƆI	in ansis duabus

Homolle et descriptas misit et ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 120.

Decima harum redit in amphora C. IX, 6079, 14 reperta Brundisii, et sunt omnes generis et aetatis eiusdem atque Brundisinae.

1428 lucerna rep. Deli.

ROMANIS
III

Reinach *bull. de corr. hell.* 8 p. 169.

MACEDONIA

PHILIPPI (vide supra p. 78).

1429 Cavallae (Christopoli) *dans les murs du magasin de Constant Fessa.*

IIVIRI · QVINQ · PHILIPP · AVGV*st* . . . . . .
SERMO · TVRPILIVS · VETIDIVS . . . . . *per*
OPPIVM · FRONTONEM · PATRE*M thermas? refec*
ADIECTA · CELLA · NATATORI*a*

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 47.

1 *Philipp(enses) Augu(stani)* sic alibi non redeunt; *colonia Augusta Iulia Philippi* constanter legitur in nummis.

1430 Basilaki prope Philippos inter rudera vici deserti.

SOTTIVS
MONTANVS
PATRONVS COL
ALAM DIVI · AVG

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.

1431 in vico Bulutschka rep. cum n. 1432.

VI VI VOL II LL
I*i*IIIII VIR AVG ^ N

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.
2 IIIII traditur.

1432 litteris magnis Bulutschka prope Philippos in coemeterio.

*c*ORNELIA LONGA
QVAE · ET · SECVNDILLA
..*c*ORNELIVS · P · F · VOL · CRE
PIISSIMAE · V · F · C

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; is ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 48. *Cornelia Longa* nominatur n. 652.

1433 Philippis in pavimento viae.

ON AED
C)S VALER
*l*IBERIS CA*rissimis*
D N

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 48.

1434 *fronton de stile, petit architrave.* Raktscha prope Philippos *dans une construction moderne servant d'abreuvoir.*

III · PLANI VERE*cundi*

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 48.

THRACIA.

THASVS insula.

1435 Limenas in domo Costae parieti immissa.

ORDO THASIR sic
LOCVM · SEPVLTVR
ET · IMPENSAM
FVNERIS · DECREVIT
CAMPINVS ·
SER

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 47.

1 requiritur THASIOR. Praeterea apparet primariam inscriptionem in alio scilicet lapide perscriptam desiderari.

ABDERA (*Balastra*).

1436 Katzi-Daran prope Abderam.

ZEIΠAN

ΗΡΩΙ ΑΥΛΩΝΕΙΤΗ ΘΥΣΙΑΣΤΑΙ ΠΕΡΙ ΙΕΡΑ ΠΟΠΛΛΙΟΝ
HEROI AVLONITE CVLTORES SVB SACERD · POPIL · ZIP

Contuli ad ectypum quod misit Reinach; is ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.

1 numen Thracicum Herois sive Heronis notum est ex titulis compluribus; v. quae adnotavimus ad huius eph. vol. II n. 368 collato C. vol. VI n. 3691. *Aulonites* fortasse appellatur ab oppido eius nominis ad sinum Strymonicum sito. — 2 post ZIP ectypum deficit, nec plura dat Reinachius. *Zipas* redit in titulis Thracicis n. 707 (v. 6). 6115*a*, item apud Conzium *Reise auf den Inseln des thrakischen Meeres* p. 27.

1437 litteris magnis, v. 1 cent. 9. Katzi-Daran prope Abderam.

VTTIEDIA · CLE ·
OPATRA · ARISTOCRITO
FIL · M · V · D · V · H · S · F · C ·

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; is ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.

2 extr. O parum certa. — *Uttiedia Cleopatra Aristocrito fil(io) m(ensium) V d(ierum) V h(ic) s(ito) f(aciendum) c(uravit).*

PRIVILEGIA MILITVM VETERANORVMQVE

DE CIVITATE ET CONVBIO (supra p. 92).

1438 ad D. XLII. XLIII (cum Eph. II p. 453). Duae cohortes Lusitanorum eo tempore consistentes in Pannonia inferiore fuerint necesse est I et III, cum utramque nominent eiusdem provinciae tabulae a. 113 et 167; contra VII quamquam visa est esse in aere pessime scripto, eo ipso tempore in Raetia morata est testibus tabulis a. 107 et 166. Quam ob rem numerus qui visus est esse VII vere erit III.

1439 ad D. LXVI (Eph. IV p. 185). Recognoverunt apud Anconam mea causa Dressel et Huelsen; a quibus exemplum intus scriptum quamquam habeo et diligenter descriptum et stanno expressum, ductus informes nec satis intellexi neque hoc loco repraesentavi.

intus: tabella prior.

septem versus scripturae pessimae

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAES M IVLIVS PHILI
FEL AVG PONT MAX TRIB P
M IVLIVS PHILIPPVS NOBIL
NOMINA MILITVM QVI MILIT
COHORTIBVS PRETORIS PHIL
CEM · I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII · VII
DICIBVS QVI PII ET FORTITER sic
CT·I SVNT IVS TRIBVIMVS CON
XAT CVM SINGVLIS ET PRIMI
VT · ET·IAM SI PEREGRINI IVR
IN MATRIMON · SVO IVNXEI
LIBEROS TOLL · ACXI EX DVOB C
MANIS NATOS A D VII ·
C BRVTTIO PRESENTE ET C · ALI
COH V PR PHILIP
NEB · TVLLIO NEB F · MA
AEL · MVRS
DESCRIPT ET RECOGNIT EX TA
QVE FIX EST ROMAE IN MVRO
DIVI AVG AD MINE

Imp. Caes(ar) M. Iulius Phili[ppus Pius] Fel(ix) Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), trib(unicia) p[ot(estate) III, cos., p. p.];
M. Iulius Philippus nobil[issim(us) Caes(ar)]
nomina militum, qui milit[aver(unt) in] cohortibus pretoris Phil[ippianis de]cem I. II III. IIII. V. VI. VII. VIII. VII[II. X piis vin]dicibus, qui pi[e] et fortiter [militia fun]cti sunt, ius tribuimus con[ubii dumta]xat cum singulis et primi[s uxoribus], ut etiam si peregrini iur[is feminas] in matrimon(io) suo iunxer[int, proinde] liberos toll(ant), acxi ex duob(us) c[ivibus Ro]manis natos.
a d. VII [id. Ian.] C. Bruttio Presente et C. All (?) . . . . . . [cos.]
Coh(ors) V pr(aetoria) Philip[pian(a) p(ia) v(index)] Neb(o) Tullio Neb(i) f. Ma . . . . . Ael(ia) Murs[a].
Descript(um) et recognit(um) ex ta[bula aerea], quae fix(a) est Romae in muro [post templum] divi Aug(usti) ad Mine[rvam].

12 ut hic est *acxi*, ita in simili tabula (C. III p. 900 n. LVII et emendatius C. IX n. 261 cum add. p. 657) legitur [*a*]*xi* pro eo quod est *acsi*. — 14 'potest fuisse et ALI et ALL, vix ALB' Huelsen. — 16 praenomen *Gnaeus* vel potius *Naeus* (cf. mon. Ancyr. ed. 2 p. 209) hic est *Nebus*.

1440 ad n. LXXIII (Eph. IV p. 513). In tabella posteriore haec Huelsenus sibi visus est agnoscere, sed ut quae distinguuntur litteris inclinatis dubia essent omnia et parum certa; addit imaginem a Promisio editam egregie factam esse et recte archetypum ea repraesentari.

MIL ////// *P ET FOR*
EMERIT //// *TRIIB*
CONVB ///////
PANNEIO P F PROBO
PAPIR POETOVIO
AFFIX /////////

1 pro P ET FOR item STIP legi posse adnotavit idem.

LXXVIII. DOMITIANVS M. SABINIO FVSCO.

a. 83 d. Iun. 9. rep. Copti, est Cairi.

Rep. Copti in Aegypto m. Apr. a. 1881; collocavit in museo Bulacensi Gastonus Maspero.

intus: tabella prior

ʌR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANV/
/S · PONTIFEX · ◎ MAXIMVS · TRIBVNIC
T · ĪĪ · IMP · ĪĪĪ · P · P · COS · V̄ĪĪĪĪ · DESIGNAT · X̄ ·
· ET · PEDITIBVS · QVI · MILITANT · IN · ALIS ·
T · COHORTIBVS · SEPTEM · QVAE APPEL
AVGVSTA · ET · APRIANA · ET · COMMAGE
T · Ī · PANNONIORVM · ET · Ī · HISPANORVM ·
A · CILICVM · ET · Ī · ET · ĪĪ · THEBAEORVM ·
· ITVRAEORVM · ET · SVNT · IN · AEGYPTO ·
ERIO · MAXIMO · QVI · QVINA · ET · VICE
ENDIA · AVT · PLVRA · MERVERANT ·
NOMINA · S\◎BSCRIPTA SVNT · IPSIS ·
POSTERIS · QVE · EORVM · CIVITATEM ◎ ·

extrinsecus: tabella prior

M/⌒ENORVM · ET · Ī · PANNONIORVM · ET · Ī · HIS
PANORVM · ET · Ī · FLAVIA · CILICVM · ET · Ī · ET · ĪĪ ·
THEBAEORVM · ET · ĪĪ · ET · ĪĪĪ · ITVRAEORVM · ET ·
SVNT · IN · AEGYPTO · SVB · L · LABERIO · MAXIMO ·
QVI QVINA · ET VICENA · STIPENDIA · AVT ·
PLVRA · MERVERANT · QVORVM · NOMINA ·
SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTE
RISQVE · EORVM · CIVITATEM · DEDIT · ET CO
◎ ◎
NVBIVM · CVM · VXORIBVS · QVAS · TVNC · HA
BVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA · AVT ·
SI QVI · CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS · QVAS · POS
TEA · DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLI ·
SINGVLAS · A · D · V · IDVS · IVNIAS
TETTIO IVLIANO
TERENTIO · STRABONE · ERVCIO · HOMVLLO · COS ·
COHORT · Ī · HISPANORVM · CVI · PRAEST ·
M · SABINIVS · FVSCVS ·
CENTVRIONI
C · IVLIO C · F · SATVRNINO · CHIO
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA · AE
NEA · QVAE · FIXA EST · ROMAE · IN · CAPITOLIO · IN
TRA · IANVAM · OPIS · AD LATVS · DEXTRVM

tabella posterior

VM · CVM · VXORIBVS · QVA◎
T ◎ CVM · EST · CIVITAS · IIS ·
CAELIBES ESSENT · CVM · IIS
XISSENT · DVM · TAXAT · SIN
A D V IDVS · IVNIAS ·
IVLIANO COS ·
ABONE · ERVCIO · HOMVLLO ·
SPANORVM · CVI · PRAEST ·
· FVSCVS
NTVRIONI
SATVRNINO CHIO
ECO◎GNITVM · EX · TABVLA
ROMAE IN CAPITOLIO

tabella posterior

AVGVSTALIS
EVTRAPELI
MODESTI
RVFI
SEMENTIVI
CELERIS
PRISCI

1 *Q. Muci Augustalis:* D. LXVIII a. 82 et LXXIV a. 84, item infra n. LXXIX. — 2 *C. Pompei Eutrapeli:* D. XI a. 80; LXVIII a. 82; infra n. LXXIX. — 3 *C. Lucreti Modesti:* tabulae citatae ad v. 1. — 4 *P. Atini Rufi:* D. IX a. 74, XI a. 80, LXVIII a. 82, LXXIV a. 84 potius quam *P. Valeri Rufi:* D. XII a. 85. — 5 ... *di Sementivi:* D. XI a. 80.

Misit mihi Masperus primum descriptam ab amanuensi parum perito, ad quod exemplum edidit Desjardins *Revue critique* d. 15 Oct. 1883; deinde a se diligenter exceptam, quod exemplum sequitur Desjardinius in ed. altera *Comptes-rendus de l'Académie des inscriptions* vol. 11 (1883) p. 441; nuper vero recognitam egregie et expletam, quod exemplum idem Desjardinius expressit in eph. *Revue critique* d. 30 Iun. 1884. Praeterea Masperus misit ectypum charta expressum, sed in quo difficiliora non agnoscantur.

[Imp. Caes]ar divi Vespasiani f. Domitianu[s August]us pontifex maximus, tribunic(ia) [potesta]t(e) II, im[p.] III, p. p., cos. VIIII, designat(us) X

[equitibus] et peditibus, qui militant in alis [tribus e]t cohortibus septem[1]), quae appel[lantur] (1) Augusta[2]) et (2) Apriana[3]) et (3) Commagenorum[4]); et (1) I Pannoniorum[5]) et (2) I Hispanorum[6]) et (3) I Flavia Cilicum[7]) et (4) I[8]) et (5) II Thebaeorum[9]) et (6) II[10]) et (7) III Ituraeorum[11]) et sunt in Aegypto sub L. Laberio Maximo[12]), qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant,

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dum taxat singuli singulas

a. d. V idus Iunias Tettio Iuliano[13]), Terentio Strabone Erucio Homullo[14]) cos.[15])

cohort. I Hispanorum, cui praest M. Sabinius Fuscus, centurioni C. Iulio C. f. Saturnino Chio.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio intra ianuam Opis ad latus dextrum[16]).

[1]) Augusto principe in Aegypto tendebant alae tres cohortesque novem (supra p. 9). Aut imperante eo aut primis annis Tiberii auxilia imminuta esse verisimile est, cum legio quoque una ex tribus tum inde abducta sit; certo tamen ex hac tabula non efficitur a. 83 non plus tres alas et cohortes septem in Aegypto tetendisse, cum Domitiani privilegium ad partem tantum auxiliorum Aegyptiacorum pervenire potuerit. Opera ad Coptum facta esse ab alis tribus et cohortibus septem laterculus Coptitanus (l. c.) docuit, qui sunt ipsi numeri privilegii huius; sed quo tempore illa facta sint, non satis constat, nec magiscertum est omnia Aegypti auxilia ad Coptum opus fecisse.

[2]) Hanc ex Aegypto praeterea non habemus testatam; sed eadem videtur fuisse ala Augusta, cuius vexillatio in Mesopotamia constituta memoratur in titulo n. 600 aetatis fere Traianae, cum numeri ibi recensiti pertineant omnes ad exercitus Orientis. Ala I Augusta, quae sub Pio in Pannonia inferiore fuit (D. XLII cum add. Eph. II p. 453 n. 1017) commemoraturque in titulis Noricis n. 4812 a. 238 (sine numero) et 4834 (item sine numero) et in Raetico n. 5819, potest eadem esse. Contra diversa fuerit necesse est *ala I Flavia Augusta Britannica*, quae per a. 113—167 praesedit Pannoniae inferiori, item per aliquod tempus castra habuit in Cappadocia (v. supra p. 28 n. 41); nam in D. XLII. XLIII iuxta ponuntur *I Augusta* et *Britannica*

civium Romanorum. Ala Augusta titulorum Britannicorum VII, 340—344, item *ala I Augusta* vel *ala Augusta* titulorum Gallicorum Italicorumque supra p. 246 compositorum quo pertineant, definiri non potest.

[3]) Alam Aprianam castra habuisse ad Syenen ostendit titulus n. 6026; praeterea nominatur in Memnoniaco n. 49 anni 170 et in Notitia Dignitatum Or. 28, 32. Haec igitur per quattuor saecula in Aegypto castra habuit.

[4]) Εἴλης Κομμαγενῶν meminit titulus Talmi inventus C. I. Gr. 5057; praeterea ala I Commagenorum invenitur in titulo Celeiano n. 5224.

[5]) Cohortis primae Pannoniorum cohortiumve primarum (nam plures fuisse verisimile est) lapides compositi sunt supra p. 182; de exercitu quatenus constat, pertinent ad Pannonicum (III p. 1152), Germaniae superioris (Brambach 740. 743. 1519), Britannicum (IX, 2649). In Aegypto praeterea non comparet nisi in Notitia Or. 28, 41 *cohors prima Augusta Pannoniorum.*

[6]) Cohortem Hispanorum castra habuisse ad Talmi docuerant tituli C. I. Gr. 5043. 5046. 5047. Numero primam fuisse nunc intellegimus. Cohortium eius nominis titulos supra composuimus p. 167; ad Aegyptum praeter hos nullus ducit.

[7]) Cohortem I Flaviam Cilicum tetendisse in Aegypto sub Hadriano et Pio ostendunt tituli C. n. 6025 et C. I. Gr. 4713*f*.

[8]) Haec est cohors sola ex septem residua in laterculo militum Coptitano edito supra n. 15, ubi de ea diximus p. 9.

[9]) Redit in titulo Memnoniaco n. 37 anni 95.

[10]) Hanc castra habuisse in Aegypto superiore docuerunt tituli C. I. Gr. 5050 (anni 147). 5081 (a. 136). 5110. Est etiam in Notitia Or. c. 28, 44. Horum titulorum ignarus Desjardinius cohortem hoc loco inseruit primam Ityraeorum, ipse confessus eius in Aegypto nullum vestigium reperiri.

[11]) Cohors III Ityraeorum antea innotuerat ex solis titulis praefectorum C. IX, 1619. VIII, 2394. 2395 (vide supra p. 194); castra ubi fuissent, ignorabatur. In Aegypto praeter secundam aliquamdiu stetisse septimam cum ex titulo Memnoniaco C. n. 59 constaret, eam hoc quoque loco nominatam fuisse antea conieceram (vide supra p. 194); quam coniecturam lectio expleta redarguit.

[12]) L. Laberius Maximus idem est sine dubio atque procurator Iudaeae a. 71 (Iosephus bell. Iud. 7, 6, 6: ἐπέστειλε Καῖσαρ Βάσσῳ καὶ Λιβερίῳ — scr. Λαβερίῳ — Μαξίμῳ, οὗτος δ' ἦν ἐπίτροπος), procurator (amphitheatri Flaviani) et praefectus annonae a. 80 (acta Arval. p. CVI Henzen). Eum praenomen habuisse Lucii et a. 83 Aegyptum administravisse iam addiscimus. Filius eius videtur esse M'. Laberius Maximus clarus inter duces Traiani consul II ordinarius a. 103 (v. ind. Plin. p. 416).

[13]) Tettius Iulianus legatus legionis VII Claudiae Moesiae eo tempore praesidentis propter Roxolanos victos a. 69 consularibus ornamentis donatus est (Tacitus hist. 1, 79), deinde cum insidias sibi structas a legato provinciae fuga evitasset (l. c. 2, 85), in a. 70 praetor creatus magistratum propter falsos nuntios ei abrogatum mox recepit (l. c. 4, 39. 40). Consulem eum factum esse a. 83 iam comperimus.

14) Aut idem est aut filius cognominis *L. Terentius L. f. Homullus iunior* legatus legionis VII geminae felicis is qui dedicavit titulum Legionensem C. II, 5084. Itaque cum eius aetatem tabula quam edimus aliquatenus determinet, inde colligemus iam sub Domitiano legionem VII castra illa obtinuisse.

15) Fasces hoc anno die Iul. 16 gessisse creduntur C. Scoedius Natta Pinarianus et T. Tettienus Serenus (C. VI, 163), sed sine idonea causa; nam ex titulo Genavensi Henzeni n. 6770 annus certa ratione effici non potest. Solos igitur novimus consules huius anni ordinarios Domitianum Augustum VIIII et Q. Petillium Rufum II, item quos ex hoc privilegio intelleximus fasces gessisse die Iun. 9. Itaque nundinia huius anni utrum quadrimestria an bimestria fuerint, adhuc non liquet.

16) De aede Opis in Capitolio disputavit diligenter Henricus Iordan in huius eph. vol. 3 p. 64 seq. et in topographia 1, 2 p. 43. Ad hanc tabulam proxime accedit locus actorum Arvalium p. CVI ed. Henzenianae, secundum quem a. 80 Dec. 7 *in Capitolium in aedem Opis sacerdotes convenerunt.*

LXXIX. DOMITIANVS MVCAPORI.

post a. 86. rep. et adservata Mogontiaci.

Tabula longa mill. 203, alta mill. 16; extrinsecus cernuntur vestigia lamellarum aenearum longarum mill. 140, distantium mill. 24, adferruminatarum ad signacula defendenda. Rep. ad Mogontiacum, mox inlata in museum Mogontiacense.

intus: tabella posterior

◉ QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBE ◉
RIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CONV
BIVM CVM VXORIBVS Q◉VAS TVNC HABVISSENT
CVM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES ESSENT
CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SIN
sic GVLI SINGVLAS · A · D · VI · K · NOVEMBR
ALBIO PVLLAIENO · POLLIONE COS
CN POMPEIO LONGINO
COHORT · Ī · AQVITANORVM VETERANAE CVI PRAEST
M ARRECINVS GEMELLVS
EQVITI
MVCAPORI IPTACENTIS F · THRAC
DESCRIPTVM ET RECOG◉NITVM EX TABVLA AENEA
QVAE FIXA EST ROMAE

extrinsecus: tabella posterior

Q · MVCI	AVGVSTALIS
L · PVLLI	VERECVNDI
C · LVCRETI	MODESTI
C · POMPEI	EVTRAPELI
C · IVLI	CLEMENTIS
Q · VETTI	OCTAVI
L · PVLLI	IANVARI

. . . .

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas.

a. d. VI k. Novembr. Albio Pullaieno Pollione, Cn. Pompeio Longino cos.

cohort(is) I Aquitanorum veteranae, cui praest M. Arrecinus Gemellus, equiti Mucapori, Iptacentis f., Thrac(i).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae.

Delineatam miserunt Carolus Zangemeister Heidelbergensis et Iacobus Keller Mogontiacensis; hic edidit *Westdeutsches Korrespondenzblatt* a. 1884 Iun. 1. — Litterae I et T et L passim vix differunt.

Domitiani esse ostendunt testes, quorum septimus redit in tabula a. 80, quartus in tabulis a. 80. 82. 83, primus et tertius in tabulis a. 82. 83. 84, quintus in tabulis a. 82. 84, secundus in tabulis a. 93. 107. 113/4. 129. Post annum 86 tabulam scriptam esse colligitur ex subscriptione anticae finiente in *Romae*. Nimirum cum locus aeris ad a. fere 71 in utroque exemplo reperiatur pariliter enuntiatus, mox incipit minus plene perscribi in parte interiore; scilicet est in ea per annos 74 ad 86 (D. IX. XI. LXVIII. LXXIV. XII. XIII. XIV) *Romae in Capitolio*, a. autem 93 (D. XVI) et rursus a. 103 (D. XXI) *Romae* ut in hac nostra. Ab anno autem 98 ad tempora Pii descriptionis adnotatio in parte interiore omittitur. — Spectavisse privilegium ad exercitum Germaniae superioris colligitur non solum e loco unde prodiit, sed multo certius ex cohorte, quae redit in privilegiis exercitus eius annorum 74 et 116. — Consules alibi non nominantur. Prioris stirps quoque plane ignota; ne Pullaienorum quidem memoria superest nisi exilis (cf. titulus Dacicus C. III, 1118: *Pullaiena c. f.* et figlinae inscriptae *Pullaeni* C. X, 8053, 168). Praeterea comparari potest [*M.*] *Albius M. f. Ouf. Pollio* tituli Lilybitani C. X, 7224. — *Pompeium Longinum* tribunum cohortis praetoriae, equitem igitur nominat Tacitus in rebus a. 69 hist. 1, 31; *Cn. Pompeium Longinum* legatum (praetorium) Iudaeae lex a. 86 (C. III p. 857), quem quominus hunc ipsum esse statuamus nihil impedit; *Cn. Pinarium Aemilium Cicatriculam Pompeium Longinum* legatum Pannoniae alia lex a. 98 (C. III p. 862). — Patris militis nomen redit in titulo Aquincensi Eph. IV n. 682: *M. Aurel. Eptacentus.*

LXXX.

a. incerti. rep. Heddernheim, est Francofurti.

tabella longa mill. 35, alta mill. 25, rep. ad Heddernheim *auf dem Heidenfeld* m. Febr. a. 1884; iam Francofurti ad Moenum in museo.

intus: tabella prior

I / /// V
/ I L I N O
ΛISS QVO
ƆED ET CO
I I S D

extrinsecus: tabella prior

RI ‿IVS I
GNITVM EX TA
T ROMAE IN MV
/ G · AD MINEI

Intus 1 vestigia incerta ex cohortis cuiusdam vocabulo videntur superesse. — 2 A(vel V)L(vel I)L(vel B)INO legit Hamm., cogitans de Clodio Albino legato, ut conicat, Germaniae superioris. Mihi constabat esse in aere VI (vel L)LINO, superstes ex nomine *Aquilino, Paullino, Catullino, Nerullino* similive. — Extr. 1 fuit sine dubio *uxo*RI EIVS I ... vel T..., ut haec littera prima fuerit patriae mulieris.

[Imp. Caesar . . .
equitibus et peditibus qui militaverunt in alis . . . et cohortibus . . ., quae appellantur . . . . et sunt in . . . . sub] . . . . . ullino (*aut* uilino),
[quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta] miss(ione)
quo[rum nomina subscripta sunt civitatem Romanam qui eorum non haberent] ded(it) et co[nubium cum uxoribus quas tunc habuissent, cum est civitas] iis d[ata].

. . . . .

. . . . [uxo]ri eius I . . . . .
[Descriptum et reco]gnitum ex ta[bula aenea quae fixa es]t Romae in mu[ro post templum divi A]ug(usti) ad Miner[vam].

Recognovi. A. Hammeran *Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift* 1884 Mai. 1.

Posteriorem esse legem anno 86 inde efficitur, quod locus tabulae fixae indicatur formula ea quae coepit inter a. 86 et 92 (C. III p. 916). Ad saeculum secundum item ducit quod coniunguntur duo vocabula *missione quorum,* id quod ante Traianum raro invenitur, ab a. autem 107 fere perpetuum est (C. III p. 866). Quam ob rem int. 4 malui inserere formulam recentiorem *civitatem Romanam qui eorum non haberent dedit* quam antiquiorem *ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit*, quae mutatio cadit inter a. 138 et 146 (supra p. 99 not. 9).

ADDITAMENTA POSTREMA.

SYRIA PALAESTINA.

AELIA CAPITOLINA (snpra p. 571).

1441 ad Eph. II n. 346*a*. Clermont-Ganneau in relatione quinta de itinere Syriaco (*rapports sur une mission en Palestine et en Phénicie en 1881. Cinquième rapport* a. 1884; ed. sep. ex ephemeride *Archives des missions* ser. III tom. XI) p. 60 itemque in epistula ad me data quattuor similes tegulas memorat repertas omnes Hierosolymis; primam inscriptam L X|, quam ipse invenit a. 1874 et collocavit inter ea quae collegit societas Anglica *Palestine exploration fund;* secundam inscriptam |FRE, quam repperit Carolus Warren et iisdem collectaneis intulit; tertiam ex itinere postremo Parisios adlatam, quam ligno expressit, hanc:

L X F

Accedit quarta reperta a. 1881 prope Hierosolyma in vico Siloa inter rudera aedificii, quam edidit Guthe *Zeitschrift des deutschen Palaestina-Vereins* vol. 5 (1882) p. 40. 334. 378 tab. 10; legitur in ea L X FRE.

1442 Hierosolymis rep. dum aedificatur domus nova Franciscanorum; hodie in monasterio Latino S. Salvatoris.

HETEREIO
GRAPTO
HETEREIVS
RVFVS PATRON
VS

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 98.

1443 Qalaûnyè prope Hierosolyma rep., iam Parisiis.

NIA ·

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 62.

IERICHO (*Rîha*).

1444 Hierichunte rep., hodie Hierosolymis in monasterio Armeniaco.

imp. caes. diui | ANTO
f. l. aurelio u | ERO AVG
leg. . . . . f | ECIT
sub . . . . . com | MODO COS

Ectypum misit Clermont-Ganneau, qui ed. *rapport* 1884 p. 112 ligno incisam. 3 excidit nomen legionis. — 4 [*Com*]*modus consularis* Palaestinae alibi opinor non invenitur.

EMMAVS NICOPOLIS (*'Amwâs*).

Devictis Iudaeis et deletis Hierosolymis Vespasianus civitatem ibi nullam condidit (*οὐ κατῴκισεν ἐκεῖ πόλιν*), sed tantummodo in loco qui dicitur Ammaus LX ab Hierosolymis stadiis milites dimissos octingentos collocavit (*χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν*). Haec Iosephus ant. 7, 6, 6. Rem publicam vicus is accepit sub Alexandro demum dictam Nicopolin in memoriam opinor victoriae Titi de Iudaeis. Παλαιστίνης Νικόπολις, Eusebius ait (ad a. Abr. 2237) compilans Africanum, *ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς ἐκτίσθη πόλις πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προισταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικὰ συγγραψαμένου* [1]). Et titulum quidem n. 1445 verisimile est Alexandro posteriorem esse. Contra alterum n. 1446 crediderim pertinere ad aliquem ex octingentis illis Hierosolymorum expugnatoribus, quamquam miles is, non veteranus appellatur; nam legionem V Macedonicam notum est et partem fuisse exercitus illius Iudaeici et bello finito in Moesiam remissam esse (Iosephus bell. 7, 5, 13). Vide igitur ne vexillatio eius remanserit Emmaunte.

1445 'Amwâs in basi quadrata magna, iam Parisiis.

p|RO SALVTE D| *n*
fe|LICIS P P TEM|*plum*
au|ELI PAVLI S|

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 60 ligno incidit.
Num sit fracta infra, parum constat.

---

[1]) Nummi qui extant cum nomine Nicopolis, alter anni XLII habens nomen Traiani Germanici Dacici, alter anni LXXII divae Faustinae, plerumque huic oppido Palaestinae tribuuntur, parum recte; id enim et Iosephus diserte ait re publica caruisse et civis eius Africanus ab Alexandro demum id ius accepisse, neque enim contendere debuit Geltzerus (Sex. Iulius Africanus p. 7) vicum re publica carentem non solum Nicopolis vocabulo usum esse, sed adeo nummos percutere potuisse. Immo verum est quod observavit Saulcy (*numismatique de la terre sainte* p. 174) confirmavitque mihi nummorum peritissimus existimator Hofmannus Parisinus, priorem certe nummum propter fabricam abiudicandum esse Palaestinae et prae se ferre patriam aut Armeniam aut Commagenen. Accedit, quod ita era recte expeditur; nam ab a. p. Chr. 71 (scilicet ab autumno) *Κομμαγηνοὶ καὶ Σαμοσατεῖς τοὺς ἑαυτῶν ἀριθμοῦσι χρόνους* (Chr. Pasch. p. 464; Eckhel 3 p. 252). Fuisse eius nominis rem publicam in Commagene cum aliunde non constet, nihil magnopere impedit, quominus ibi quoque Nicopolis aliqua fuerit, nuncupata fortasse ab ipsa illa victoria sane parum cruenta, quam de rege Antiocho Vespasianus a. 72 reportavit.

1446 ʿAmwâs rep., iam Parisiis.

IIIVIS
?*par* MA · MIL ·
leg. V · MAC

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 61 ligno incidit.
1 vestigia incerta.

Instrumentum.

1447 signaculum aereum rep. in Palaestina, fortasse Ramle, iam Parisiis.

CN / AELI
OPTATI

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 68 ligno incidit.
Signum post praenomen aperte virgula est, non littera I.

SYRIA.

Dumeir.

1448 ad Eph. V n. 1334. Additamentum ad C. n. 129 pertinet, non ad n. 130.

SELEVCIA Pieriae (p. 34. 973).

1449 Seleuciae *dans le canal sur le roc.*

DIVVS VESPASIANVS
ET DIVVS TITVS
F C

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 142.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

COMAMA Pisidiae (supra p. 581).

Coloniae Iuliae Augustae Fidae Comamae restituendi erunt nummi qui adhuc inter Comanenses Cappadociae delituerunt inscripti alii COL · AVG · COMAMA (sic in nummo Pii Mionnet 2, 350, 109 = S. 7, 710, 305; ipsum inspexit Ramsay in nummophylacio Britannico), alii COL · AVG COMAMENORVM (sic in nummo Severi male edito ab Hubero *Berl. Blätter* 2 a. 1865 p. 191; ipsum inspexit idem ibidem; cf. Mionnet S. 7, 711, 308); alii COL · IVL · AVG · G · I · F · COMA[M]ENORV (sic in nummo Caracallae, cuius habemus ectypum; Mionnet 2, 350, 110 = S. 7, 711, 307); qui dicuntur inscripti esse COL C//AMEN (*Berl. Blätter* l. c.) et COL · IVL · F · COMM (Mionnet S. 7, 710, 306), aut imperfecte aut parum recte lecti sint necesse est.

Viae Cappadociae et Galatiae (supra p. 584).

1450 ad n. 1367. Pro Apollonia Pisidiae nominari debuit Antiochia.

ASIA.

APIA Phrygiae.

1451 Yaliniz Serai tribus horis inter sept. et occ. ab Altantasch, non longe ab Apia.

DIONYSIo
AVG · DISP
AELIVS TrOPHImvs
AMICO ·

Ramsay descripsit.

3 traditur TPoPHImvs.

VI. AEZANI Phrygiae (p. 69. 977).

1452 tabula magna, iacens una cum columnis aliquot ad viam in colle inter Arslan Apa et Gödjeler. Titulum Ramsay iudicat pertinuisse ad terminationem factam inter territoria Apianorum et Aezanitanorum Phrygiae.

IIR APIRIVM PAV
LINVM PROCVR SE
PTEMBRE AVG LIb

Ramsay misit a. 1884.

1 I (vel P) I (non E) P (vel R) sequente spatio vacuo in lapide esse ait Ramsay. Videtur fuisse: [*terminus positus inter . . . per*] *Ti.* (?) *Papirium Paulinum procur*(*ante?*) *Septembre Aug. li*[*b.*]. Extrema, cum non plus duae litterae deficiant, vix licebit ita interpretari, ut Paulinus procurator evadat, September adiutor eius.

NACOLIA Phrygiae (supra p. 585).

1453 ad Eph. V n. 1370. Πολιτογράφος reperitur in titulis Prusiadis Bithyniae (Lebas-Waddington n. 1178; Perrot *expl. de la Galatie* p. 32) et Ancyrae Galatiae (Ramsay *bull. de corr. hell.* 7 p. 17).

AVGVSTOPOLIS Phrygiae.

1454 Gebejeler, qui vicus est horis tribus a Karahissar orientem versus, prope Augustopolin (Sürmeneh), inter eam et Docimium.

SILVANO
SACRVM
TIB CL VI
BIANVS
Ↄ LEG XIII
GEM PI FI FRv
VOL SOL L

Ramsay descripsit.

Accedit titulus ad non multos quos habemus centurionum frumentariorum legionem enuntiantium (v. Cauer huius Eph. IV p. 458).

1455 Sürmeneh.

V F R V
R M P /

Ramsay descripsit.

DOCIMIVM Phrygiae (supra p. 586).

1456 Karahissar.

BRADVA ꓕ VARo C   p. C. 160
OFF PELAG · CAES
CLAVDIN B QVA

LOCO XVIII
B / Λ

Ramsay descripsit.
1 pro ꓕ traditur Ł.

1457 Karahissar.

I M P A N T*o*   p. C. 161
N I N O Ñ I I I *et*
I M P · VE R O *ii*
C O S O F F P *e*
L A G C A E S

Ramsay descripsit.

ILIVM (*Hissarlik*) Mysiae.

1458 basis quadrata, cui statua immissa fuit, rep. Kum-Kioi in coemeterio Turcico.

D N
*f*L CLAVD IVLIAN*o*
*p. f. se*MPER AV*g*

Schliemann Troia (1884) p. 264.
Scripta est in litura sublato titulo anteriore. — Traditur sic: DN | L · CLAUD IULIANU | D I MPER AVF.

1459 Kum-Kioi in coemeterio Turcico.

*p*RO *salute et*
VICTO R*ia*
*d. n. f*L · IOV*iani*
*pii fe*LICI*s* AVG
*a*VR · HERMOGE*nes u c*
*pr*OCO N SVL · *asiae*

Schliemann Troia (1884) p. 264.
Exemplum imperite factum sic editum est: ...... ROU .... | .... UICTOR ... | ... UREL · IOU .... | ... LICI AUG ..... | ... UR · HERMOGE .. | ... O CONSUL · X · In laterculo praefectorum urbis qui ad a. 309 nominatur *Aurelius Hermogenes* aut idem fuit aut huius pater.

EPHESVS Lydiae (supra p. 59).

1460 ad n. 431. Eiusdem viri, ut observarunt egregie M. Beaudouin et E. Pottier *bull. de corr. hell.* vol. 3 p. 257, alter titulus alicubi in Syria prodiit hic: [῾Η *βουλὴ κα*]*ὶ ὁ δῆμος* | ......*ιμονι, ἐπιτρόπῳ* | [*αὐτοκράτορος* Κ]*αίσαρος* Τ*ραιανοῦ* | [᾽Α*δριανοῦ* Σ*εβασ*]*τοῦ ἐπὶ διοικήσεως* | [᾽Α*λεξανδρείας, ἐπ*]*ιτρόπῳ βυ*[*β*]*λιοθηκῶ*[*ν* | ῾Ρ*ωμαικῶν καὶ* ῾Ε*λ*]*ληνικῶν, ἐπὶ ἐπιστολῶν* | [῾Ε*λλη-νικῶν, ἐπ*]*ιτρόπῳ ἐπαρχειῶν* | [Λ*υκίας* Π*αμφ*]*υλίας* Γ*αλατίας* Π*ι*[*σι*|*δίας* Π*όντου* Π*αφλα*]*γονίας* Λ*υκαονία*[*ς,* | *ἐπιτρόπῳ κ*]*ληρονομιῶν* [*καὶ ἐπιτρόπῳ* | *ἐπαρχείας* ᾽Α]*σίας, ἐπιτρ*[*όπῳ ἐπαρχείας* Σ*υρ*]*ίας* ...... *ἐπιτ*[*ρόπ*]..... | .....

GORDVS Lydiae (supra p. 590).

1461 ad Eph. V n. 1391 fin. scr. ΕΥΜΟΡΦΟϹ.

MYLASA Cariae (supra p. 62).

1462 ad Eph. V n. 166 v. 7 scr. *τῶν ἰδίων προ*[*σό*]*δων*.

IASVS Cariae (*Assyn-Kalesi*).

1463 in oppido Assyn prope domum domini Iannis Nomikos.

a. 26 *cn. cornelio guetulico c. c*|ALVISIO SABINO COS·
|NIIS OPERIS
s)OCIOR PI/A SER VIL·IASI
|II/BONIS RESTITVIT

B. Haussoullier *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 457 ad ectypum.

Hiatus notam addidi ego. — 1 cognomines consules annorum u. c. 715 et 750 excludit orthographia, quae est legitima aetatis imperatoriae. — 2 cf. titulus Concordiensis V, 8666: [*in*] *operis publicis in Bithynia fuit* ..... *et in operis publicis in Asia et Isau*[*ria fuit*]. — 3 collato titulo Milesio III, 447 servi (*quadragesimae*) *port*[*oriorum*] *Asiae vilic*(*i*) *Mil*[*eti*] sive *κοιν*(*οῦ τεσσαρακοστῆς*) *λιμεν*(*ικῶν*) ᾽Α*σίας* ... *οἰκον*(*όμου*) Μ*ειλητ*(*ῳ*) videtur posse restitui [*s*]*ocior*(*um*) *p*(*ublici*) [*p*(*ortoriorum*)] *A*(*siae*) *ser*(*vus*) *vil*(*icus*) *Iasi*. — 4 fuit ad hoc exemplum [*Philetus Li*]*bonis*.

1464 Assyn in moenibus oppidi.

P·PLOTICI·L·F·SALVE

ΠΟΠΛΙΕ ΠΛΩΤΙΚΙΕ ΛΕΥΚΙΟΥ ΥΙΕ
ΧΡΗϹΤΕ ΧΑΙΡΕ

B. Haussoullier *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 457.

SAMOS insula (p. 85. 982).

1465 *base de marbre gris, caractères très allongés.* Tigani in campo prope ecclesiam Metamorphoseos.

SOSSIAE · POLLAE · POMPEIVS
FALCO · PROCOS · ASIAE
SANCTISSIMAE VXORI

Carolus Diehl et Mauricius Holleaux *bull. de corr. hell.* 8 p. 465.

Q. Pompeius Sex. f. Falco consul suffectus aetatis Hadrianae pater fuit Q. Pompeii Senecionis Sossii Prisci consulis ordinarii a. 169; matrem eiusdem cum ex nomine filii antea intellectum esset filiam fuisse Q. Sossii Senecionis consulis a. 99. 107, iam ipsum nomen eius Pollae hic titulus addit. Stemma dedimus ad vol. VIII n. 7066.

Viae Asiae (supra p. 64. 591).

1466 ad Eph. V n. 176. Secundis curis ita emendavit extrema Ramsay: A PRY | M NESSO | III Γ. Est igitur miliarium non tertium decimum, sed tertium.

1467 ad Eph. V n. 1403. Ectypo inspecto emendo 6 KWNCTA.

1468 ad Eph. V n. 1404. Ectypum, quod inspexi, quatenus dispicere potui lectionem confirmavit.

ACHAIA.

CORINTHVS (v. supra p. 70).

1469 ad Eph. V n. 195. 'Qui in titulo Bovillensi (Henzen n. 6019) nominatur *Q. Licinius ... Modestinus ... Labeo,* aut idem est aut familiae eiusdem' Dessau.

1470 ad Eph. V n. 196 v. 4 ante POTEST excidit TRIB.

THEBAE (v. Eph. IV p. 50).

1471 Thebis rep. m. Dec. a. 1881 in fundamentis domus cuiusdam; sed adnotat Foucartus ad aedificandas Thebas quae nunc sunt passim saxa adlata esse ex ruderibus Tanagrae, Thespiarum, Plataeae, itaque de vera origine nequaquam constare. Iacet ante aedes ludimagistri.

ST · VALLIVS · ST · F · LEM · RVFVS	AN*t*IOCHVS · ATHENA*i*DIS
CN · CASTRICIVS · A · F · PAL · MACER	ANDROCLES · ATHENA*i*DIS
A · CASTRICIVS / *f.* /// · MODESTVS	SATVRVS · CAPHISIAE
P · BRVTTIVS · / *f.* · QVI · RVFVS	PAMMENVS · CHRYSERMI
T · STAT*ilius ta*VRI · L · EROS	L · AMBASIVS M*od*ESTVS
L · LICINIVS · FESTVS	L · MARIVS · GRECINVS ·
T · STATILIVS *tauri* · L · FAVSTVS	ST · VALLIVS · FAVSTVS
C · //////////////////// REX	L · AMBASIVS · ILVS
T · STATILIVS · TAVRI · L · FESTVS	
SEX · AEMILIVS · PRIMVS	EXACESTVS · MYRTONIS

SEX · APPVLEIO · SEX · POMPEIO · COS · 14 p. C.
PR · IDVS · DECEMBRES · DEDICATA

Foucart *bull. de corr. hell.* 6 (1881) p. 276.

2, 1 ANIOCHVS · ATHENADIS — 2 ATHENADIS traduntur.

Dedicant homines undeviginti, decem ingenui libertinive, magistri fortasse, novem alii libertini servive loco uno vacante, fortasse ministri. Eodem anno d. Sept. 17 cum Augusto honores caelestes decreti sint, probabiliter coniecit Foucartus aram hanc ad id senatu consultum divo recens facto consecratam esse a civibus Romanis quibusdam in Graecia alicubi consistentibus.

Th. Mommsen.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

XXXIX. PRINCEPS OFFICII AGENS IN REBVS.

Iacobus Gothofredus, qui labentis rei publicae Romanae notitiam ita fundavit, ut nobis omnibus adhuc sit summus magister, quae de principibus officiorum exposuit [1]) ab eo inde tempore ut alia pleraque in enchiridiis repetuntur. Sed vel optimo duce adsumpto passim errari hoc quoque exemplo confirmatur, neque res indigna est quae diligentius consideretur; id enim quod difficillimum fuit tanti imperii administrationem ab una sede contineri et regi, eius rei non minima pars fuit principum institutum licet ad officiales solos pertinens. Nam quod nunc usus ostendit rebus gerendis non raro magis praeesse qui magistratibus parere dicuntur quam ipsos magistratus, id apud Romanos quoque obtinuit; inter officiales autem longe primum locum principes officiorum tenuerunt.

Administratio imperii Diocletiana cum in aliis aequabiliter instituta fuit et ad eandem formam exacta, tum quicumque secundum eam aut civilia negotia administrant, sive per partes imperii, scilicet praefecti praetorio et urbium duarum regiarum, sive per dioeceses, scilicet vicarii, sive per provincias, scilicet proconsules praesidesque, aut praesunt rebus militaribus, scilicet per gradus magistri militum, comites, duces, hoc commune habent universi, ut singulis magistratibus qui attribuntur officiales regantur a principe uno [2]). Contra reliquorum magistratuum officia, magistri officiorum, comitum sacrarum largitionum et rerum privatarum, comitum domesticorum, principem non habent. Princeps ille unde veniat et a quo constituatur si quaeris, quid de ea re disposuerint Diocletianus quique eum proxime secuti sunt, ignoramus, nisi quod praesidum parti principem missum esse a praefecto urbis Romae et imperante Constantino et rursus sub Valentiniano

[1]) Praesertim ad C. Th. 8, 4, 10. Eum sequuntur et alii et Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3, 143.

[2]) Mero calami errore magistro militum per Orientem alteri adscribi principes duos Not. Or. 6, 72 extra dubium est.

primo, denique imperante Gratiano declarat constitutio (C. Th. 1, 6, 8) huius imperatoris data Mediolani d. 22 Nov. a. 382 ad Bassum praefectum urbis haec: *apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas: igitur pristino more servato ad omnes provincias, quas vel divi Constantini constitutio dederat, vel Probus vir illustris* (intellegitur Sex. Petronius Probus praefectus praetorio Italiae a. 368 — c. 375) *permissa sibi a patre nostro* (Valentiniano I a. 364 — 375) *potestate reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes destinabit.* Eae provinciae quaenam fuerint cum in coniectura positum sit, non inepte cogitabitur de iis, e quibus appellationes ad praefectum urbi deferebantur, cum praesertim in iis definiendis item admodum leges variarint [1]), modo constituentes ad praefectum urbis Romae et rursus Constantinopolitanae appellationes non pertinere, modo illum appellandum esse aut ex Italia sola aut praeterea ex certis provinciis transmarinis, similiterque disponentes de praefecto Romae novae. — Posteriore aetate aliquamdiu ni fallor res ita aequabiliter administrata est, ut magistratus qui imperii partes administrarent principem haberent de suo quisque officio, contra magistratibus dioecesium et provinciarum princeps deputaretur ex schola agentium in rebus, quae parebat magistro officiorum. Coepit id fortasse sub Constantio; nam agentes in rebus quamquam fuerunt iam sub Constantino [2]), sub filio demum ad eam potentiam videntur crevisse, quam deinceps obtinuerunt; certe cum scripta est Notitia Dignitatum incipiente saeculo quinto, is status obtinuit in partibus Occidentis eundemque antea etiam in Occidente obtinuisse ex ipsa aliquatenus effici potest.

Priore loco quod adseveramus, Notitia Dignitatum eo demonstrat, quod praefectis praetorio, praefectis urbis Romae et Constantinopolis [3]), magistris militum [4]) princeps additur nude, pariter atque fit in reliquis officialibus, quos constat in suo quemque officio per gradus adscendere. Praeterea neque indicia suppetunt eius loci principes ex agentibus in rebus lectos esse [5]),

---

[1]) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 63. 67.

[2]) Memorantur in lege a. 319 C. Th. 6, 35, 3.

[3]) Laterculus huius praefecti excidit ex Notitia Orientis; sed adest gemellus in altera Occidentis.

[4]) De magistro equitum per Gallias infra dicetur.

[5]) Non obstat opinor constitutio a. 368 (C. Th. 1, 29, 4), qua constitutione ad id quod paullo ante sanxerant imperatores defensorem civitatis creari posse qui principatum gessisset apud praefectum praetorio vicariumve, additur item eligi licere *qui ex schola agentum in rebus sedi* (traditur *sedis*) *culminis vestri* (scilicet praefecto praetorio) *munere principatus nostro quodammodo nomine paruerint.* Verba haec interpretationis parum certae et sine dubio mendosa spectant opinor ad principes praesidum provinciae, qui non inepte dicuntur praefecto praetorio paruisse, cum ipsi praesides sub eo essent. Eadem interpretatio videtur posse admitti item ubi constitutio a. 449 (nov. Valent. III tit. 27, 1, 1) memorat eos qui ex schola agentium in rebus *ad obsequia praefecturae praetorianae post infinita discrimina et consumpta aetatis parte meliore* perveniunt, nec minus in epistulis Cassiodorianis 6, 6: *officium eius* (magistri officiorum) *tanta genii praerogativa decoratur, ut militiae perfunctus muneribus ornetur nomine principatus miroque modo inter*

nec rerum ordo qui tum fuit recte patitur, ut dignitates illae supra magistrum officiorum eminentes caput officii ab hoc acceperint. Itaque quatenus secundum legum tenorem princeps constituitur (nam definitis singulorum officiorum annis, definito item ordine officiales vere fiebant magis quam creabantur), in hisce officiis constitutus sit necesse est a magistratu cui apparebat.

